



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.






600099544.



ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΑ

Η

ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΕΛΕΓΧΟΣ



PHILOSOPHUMENA

SIVE

HÆRESIUM OMNIUM CONFUTATIO

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΑ

H

ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΕΛΕΓΧΟΣ

PHILOSOPHUMENA

SIVE

HÆRESIUM OMNIUM CONFUTATIO

OPUS ORIGENI ADSRIPTUM

E CODICE PARISINO PRODUCTUM RECENSUIT, LATINE VERTIT

NOTIS VARIORUM SUIQUE INSTRUXIT, PROLEGOMENIS ET INDICIBUS AUXIT

PATRICIUS CRUICE

S. THEOLOGIE DOCTOR IN UNIVERSITATIBUS MONACENSI ET PARIENSI

ROMANÆ ACADEMIÆ CATHOLICÆ RELIGIONIS SOCIUS

ARTIUM LIB. DOCTOR, NORMALIS CLERICORUM SCHOLÆ RECTOR



PARISIIS

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO IMPERIALI

DE AUCTORITATE IMPERATORIS

M DCCC LX

110. v. 340.



PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

De codice hujus libri et editionibus.

Anno 1840, a viro summo et litteratissimo Abel Villemain, Galliarum regi a rebus institutionis publicæ moderandis ministro, Mynoïdes Mynas et natione Græcus et doctrina, eam provinciam acceperat ut, aditu ad græca monasteria sibi facto, libros manuscriptos, qui alicujus essent pretii, perquireret, colligeret, et collectis bibliothecarum Parisiensium opes auget. Suscepto muneri Mynas non defuit. Inter cætera priscorum temporum monumenta, quæ feliciter reperta sunt in lucem prodire, non ignobilem obtinet locum *Galenæ dialectica*, quam ipse Mynas, anno 1844, typis mandavit, nobiliorem *Philostrati libellus de gymnastica*, *Babrii fabellæ*, et in primis codex novam *Omnium hæresium refutationem* continens, de quo nunc disputatio instituitur.

Huic codici excutiendo quum sedulam navaret operam Emmanuel Millerus, vir doctus et antiquitatis Græcæ studiosus investigator, facile agnovit partes quæ desiderabantur operis cujusdam, jam pridem manibus eruditorum triti, cui titulus *Φιλοσοφούμενα*, auctor autem Origenes inscribatur; idem corrigendis scribarum mendis ingenii acumen adhibuit; inde plurima quum ad pristinam integritatem restituisset, uno volumine, suadentibus amicis, et priorem librum jam notum, et cæteras ejusdem operis partes a Mynoïde repertas, Oxonii, anno 1851,

edidit. Quum autem Origenis nomine, quasi magno patrocínio fretus, liber prodiret in lucem, ob id ipsum par erat a viris doctis plurimis, majori studio, trutina exactiori et diligentioribus ponderibus eum examinari. Nec defuere qui negarent ab Origene scriptum fuisse, vel B. Hippolyto, vel Caio, presbytero Romano, temporis ejusdem theologo, adscriberent. De quibus controversiis agemus infra.

Codex ipse chartaceus, sed membraneo similis; forma quadrata; foliis 137 quorum nonnulla, nescio qua ratione alienum in locum translata, ab ipso Millero restituta suum in locum fuerunt. Exscriptus fuisse videtur, sæculo XIV, a Michaele quodam, si fidem adhibeamus his verbis quæ sub finem leguntur: « Χερσὶ « Μιχαὴλ ἡδε βίβλος τελέθει γραφεῖσα. » Operis autem libros septem posteriores continet; priores desunt sive quod eos non exscripserat librarius, sive quod interciderunt. At eorumdem argumentum discernere et rerum ordinem restituere inquirenti promptum erit.

Illud siquidem imprimis sibi animo proposuit nostri operis auctor ut prioribus libris quatuor Græcorum Barbarorumque placita exponeret, sex autem posterioribus hæresiarchas argueret e Græcorum philosophorum aut orientalium sectarum fontibus sua deprompsisse. Hæc enim ad finem noni libri leguntur: « Satis exposita esse arbitramur Græcorum et Barbarorum dogmata, nec « quidquam silentio prætermissum ex eis quæ philosophi vel hæretici docuerunt ¹. » Has autem quæstiones prioribus libris agitaverat, ut paucis verbis sed apertis, ineunte quinto libro, memorat: « Equidem arbitror, ait, omnium philosophorum vel Græcorum vel « Barbarorum de Deo et de mundi creatione placita diligentissime exposita esse in quatuor libris superioribus, eorum etiam « præstigiis non omissis ². » Quinam vero fuerint isti Barbari, et

¹ Conf. infra, p. 472.

² P. 138.

qualis eorum doctrina, noster sub finem quarti libri explicat his verbis : « Nunc libet brevi sermone et summatim revocare eorum quæ supra dicta sunt memoriam. Inter omnes philosophos ac theologos, qui ubique inquisiverunt de Deo, non convenit de eo quid sit aut qualis. Hi enim ignem esse aiunt, illi spiritum, alii aquam, alii terram ¹. » Hæc noster infra subdit : « Qui cernentes miram creationis magnitudinem, in rerum natura conturbabantur, majora illa rati quam ut ab altero originem accepisse possent, nec tamen universum ipsum Deum esse declaraverunt; principium vero theologicæ doctrinæ inesse in una conspectarum rerum, quam quisque superiorem judicaverat. . . res istas divinis nominibus appellavere. » Quo in loco, ut manifestum est, de Græcis agitur philosophis quorum diversissimæ de Deo et de mundo opiniones primo libro expositæ sunt. Inde pergit auctor : « Persæ vero, in penetralia veritatis se venisse rati, dixerunt Deum esse lucidam lucem quæ in aere inest. Babylonii dixerunt Deum esse tenebras. . . . Ægyptii, qui sese omnium antiquissimos habent, Dei potestatem calculis æstimantes, Deum dixerunt monadem indivisibilem esse, quæ sese ipsa generat et ex qua omnia constant ². » In his igitur inesse priorum hujus operis librorum summam existimamus et ordinem institutum. Exposuit enim noster quid de Deo et religione docerent non modo Græci sed et aliæ nationes, Persæ et Chaldæi, Babylonii et Ægyptii. Ineunte libro decimo, nonnulla etiam notavimus quibus operis ratio et forma significantur. « Ambagibus hæresium, ait noster, non vi diruptis sed sola refutatione et veritatis virtute solutis, adeamus ad veritatis ipsius demonstrationem. Tunc enim erroris artificiosa sophismata videbuntur non consistere posse, quum demonstratum fuerit veritatis regulam non ex Græcorum philosophia exortam; nec

¹ P. 113-114.

² P. 114.

« vana, veluti ineffabilia, mutuatam Ægyptiorum dogmata quæ
 « inter eos digna fide et venerabilia habentur; nec inanibus Chal-
 « daicæ curiositatis figmentis conflata; nec, per vim dæmo-
 « num, insanis Babyloniorum furoribus corruptam ¹. »

Quatuor hic sunt notata, de quibus disserere theologus noster sibi proposuerat : 1° Græcorum philosophia; 2° placita Ægyptiorum et mysteria; 3° falsa Chaldæorum sapientia et vanæ artes; 4° religiones et incantationes Babyloniorum. In his autem prioris *Φιλοσοφουμένων* partis totum ordinem videre mihi videor. Græcam philosophiam continet liber primus; libro secundo Ægyptiorum arcana explicata fuisse arbitror; tertio autem et quarto satis liquet fuisse exposita Chaldæorum et Babyloniorum dogmata sacrasque artes ².

Priusquam de auctore ipso inquiramus, meritas agemus Mil-lero gratias, cujus opera labor legendi codicis arduus jam plane factus est facilis, quoniam liber qualis e typis prodiit ipsissimam codicis scripturam verissime, si unum aut alterum locum excipias, exprimit. Multa plurimis in locis corrigenda agnovit sagax editor, quæ interdum emendavit ipse, aut in notis emendanda significavit. Plura tamen reliquit quam decebat virum græce doctissimum, nisi edentis munus arctiori tempore inclusum fuisset; multa idem e SS. Patrum libris excerpta notavit; sed plures eorumdem locos prætermisit, qui longiorem in quærendo diligentiam non fugissent. Idem si decimum librum, universi operis breviarium, sæpius retractasset, multa potuisset in cæteris libris omissa supplere aut corrupta restituere. At quamvis non omnium judicio (quo quid in qualibet re difficilius?) in omnibus satisfacerit principis illius editionis auctor, tamen justa laude a veterum litterarum studiosis semper ornabitur.

¹ P. 474.

² Conf. quæ de hac quæstione fusius disserui in publicæ institutionis Diario. (*Journal général de l'instruction publique*, juin 1859.)

Post hunc, de eodem libro exquisitissima eruditione disputavit Chr. Car. Jos. Bunsenius; qui, quum hoc potissimum sibi proposuerit ut ea discerneret quæ ad historiam pertinent, multa indicavit quæ aut e rerum ordine aut e sententiarum ipso sensu emendanda esse videbantur. Eminent autem ornatissimus ille vir ingenii subtilis acumine, immo subtilioris, et usque ad temeritatem audacis; quamobrem multis lectoribus non satis cautus dux esse videbitur.

In Epistola critica ad eundem Bunsenium, unus inter ejus familiares, Bernaysius, fragmenta Heracliti, quæ in nono *Φιλοσοφουμένων* libro continentur, docte ac feliciter examinavit; idem simul ostendit qua ratione res de Naassenis, Peratis et Sethianis prius expositas corrigere potuisset Millerus accurate collato decimo ejusdem operis libro. Paulò post Røperus, et ipse vir insignis doctrinæ, in *Philologo* de plurimis libri locis subtiliter disseruit. Denique Lud. Dunckerus et F. G. Schneidewinus, desiderandæ memoriæ vir, communi opera librum totum *Φιλοσοφουμένων* recensendum ac latine vertendum sibi sumpserunt. Quæ correxerant H. Ritterus, Røperus, Bernaysius, R. Scottus, cæterique, ea quasi proprium et peculiare bonum ipsis servantes ubique annotavimus; primo autem libro ejusdem operis, jam decimo septimo sæculo a Gronovio evulgato, ita manus criticas illi adhibuerunt, ut integritati jam restitutus esse videretur. Miræ sagacitatis qua pollebat F. G. Schneidewinus argumenta sunt versus multi quos injuria temporum perditos feliciter reperit et suum in locum retulit. Qui vir de auctore nostro inter cæteros optime meritis prius morte interceptus est quam ad paginam recens inventi codicis primam et sexagesimam perveniret.

Jam aliquot annos huic codicis corrigendo operam dabam, non ingratham, ut mihi quidem videbar: quippe qui sæpius perlegissem junior, assiduaque meditatione tractavissem quidquid ad veterum gnosticorum doctrinas pertineret, his studiis fac-

tum est ut rerum aliquot difficiliorum nodos solvere, alia obscura nova et insperata luce illustrare, perdita alia restituere, non sine fausta quadam fortuna, potuerim.

Rebus ita se habentibus, nonnullorum doctissimorum virorum crebris incitabar hortationibus ut codicem mendis expurgatum denuo typis mandarem. Quos inter liceat mihi grato animo prosequi virum doctissimum ac benevolentissimum, mihi que carissimum, Æmilium Egger, quo maxime suadente hoc opus aggressus sum. Qui quidem, ut taceam de cæteris per quæ de me optime meritus est, multum me adjuvit in elucidandis et emendandis locis nonnullis quibus ipse Schneidewinus medicam manum non admoverat.

In lucem igitur prodierat, me opus aggrediente, pars editionis Gottingensis prior; quæ, quamvis laudabilis, non paucis tamen mendis laborabat; nam et lacunæ codicis multæ non erant expletæ, et multa obscuriora Schneidewinus in Latinam linguam non verterat, sive quod desperatam, ut aiunt, locorum scripturam arbitrabatur, sive quod operi instantem mors præmatura prohibuit. His omnibus quum acriorem animi intentionem adhiberem, multis remedium attulisse me spero, nonnulla in pristinam sanitatem restituisse¹.

Nostrum igitur qualecumque opus, anno 1858 ad finem vergente, viris eruditissimis, qui in Cæsarea Typographia eam habent provinciam ut codices ære publico typis mandandos legant et judicent, examinandum tradidimus. Quos inter, aliis aliis meritis conspicuos memorare mihi pergratum est nomen viri jamdudum de antiquitate Græca et Latina optime meriti et omni litterarum laude florentissimi Caroli Hase, cui hujusce novæ editionis perlegendæ cura potissimum erat demandata,

¹ Vide, collatis notis, primi libri pp. 17, 25, 26, 27, 37, 44, 54, et inde, sequentium recentiumque librorum plerasque paginas et imprimis pp. 62, 93, 94, 160, 167, 182, 183, 184, 193, 194, 213.

cujusque judicio ita propitio ac benevolò probata est ut Cæsareis prælis subjiceretur.

De quibus rerum momentis ideo verba facienda esse duxi quod, ubi, propter solitas ac fere necessarias in ejusmodi opere typographorum moras, vix medium opus attingebam, Dunckerus posteriorem Gottingensis editionis fasciculum emisit (a. 1859), in quo plura præoccupaverat corrigendo quæ ipse perspexeram. Nec deerant tamen menda quæ vel intacta, veluti desperata vulnera, reliquerat, vel remediis parum certis curaverat. Lacunas etiam plures aut explere non erat ausus aut tentaverat adversa, ut mihi visum est, fortuna. Quibus locis an meliorem equidem medelam attulerim lectores, cognita causa, statuent¹. In notulis autem distinxì quæ Dunckerus auctor reperit, ipsiusque nomini adscripsi quæ solus poterat sibi vindicare. Multum igitur abest ut de debita Dunckero laude detraham, viro eruditionis probatissimæ ingeniique sagacissimi. Sed quantumvis doctrina et acumine valeant qui recensendis et emendandis codicibus incumbunt, multa in hujusmodi opere unum alterumque interpretem fugiunt, quæ tertius perspiciet. Ergo veniant post nos qui, eandem quam nos trivimus viam secuti, quæ fessi reliquimus novo labore et integris viribus resumant tractanda. Suum autem cuique vel editorum vel interpretum honorem tribuere judicum erit, paucorum forsitan, qui in istis criticæ rationibus aliquid sapiunt.

CAPUT II.

Primi *Φιλοσοφουμένων* libri notitia ex Fabricio. (*Bibl. græc.* lib. V, c. 1, § 9.)

« Sub Origenis nomine prodiit liber primus *τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἐλέγχου*, quem sub titulo fragmenti *Φιλοσοφουμένων* ex codice Florentino primus edidit, versionemque et notas quibus Origeni illud vindicat addidit V. C. Jacobus Gronovius,

¹ Vide, collatis notis, pp. 254, 256, 257, 259, 261, 263, 268, 270, 273, 274, 275, et plerasque sequentes paginas.

« *Thesauri antiquitatum Græcarum* t. X, p. 257, Lugd. Bat. 1701,
 « fol. Minus recte videtur inscribi fragmentum *Φιλοσοφούμενων*,
 « nam *Φιλοσοφούμενα* quidem, quibus sententiæ philosophorum
 « veterum physicorum, ethnicorum, dialecticorum et barbarorum
 « succincte recensentur, integra sunt, sed *Φιλοσοφούμενα* ista li-
 « brum primum constituebant, adeoque fragmentum sunt majoris
 « operis, quod adversus hæreses universas scripserat auctor nescio
 « quis, certe episcopus, neque enim unquam Origenes vel Didy-
 « mus¹, vel alius presbyter aut inferioris ordinis clericus, nedum
 « Aëtius, Ethnicus (ut ex Theodorito non ab re colligas) scriptor
 « de se dixisset, ὧν (Ἀποστόλων) ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς
 « τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας, καὶ
 « Φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι, οὐκ ὀφθαλμῶ νυσιάζομεν,
 « οὐδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν. Licet vero hæc verba non male
 « forte quadrent in Epiphanium, qui episcopus fuit, et cui *Φιλο-*
 « *σοφούμενα* illustris Huetius, p. 277 *Origenianor.* tribuit; fateor
 « tamen hanc viri docti conjecturam parum mihi videri credibi-
 « lem, quum aliud Epiphanii de hæresibus duplex opus exstet,
 « unum prolixius et alterum brevius, nec verisimile sit tertium
 « etiam hoc de eodem argumento scriptum ab eo fuisse composi-
 « tum, in cujus procemio mentio quidem fit alterius succinctæ
 « dogmatum hæreticorum redargutionis, sed quæ neutri Epi-
 « phanii satis belle convenire videtur. Adscribam verba, quoniam
 « emendatione ea indigere existimo: ὧν (αἰρετικῶν) καὶ πάλαι με-
 « τρίως τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, οὐ κατὰ λεπτὸν ἐπιδείξαντες, ἀλλὰ
 « ἀδρομερῶς ἐλέγξαντες, μὴ ἂν ἄξιον (ita lego pro ἀνάξιον) ἡγησά-

¹ Didymo Alex. *Φιλοσοφούμενα* sub Origenis nomine edita tribuit Christoph. Augustus Heumannus sub litteris C. A. H. latens, in dissertatione inserta *Actis eruditiorum* ann. 1710, p. 166 seq. Sed licet sectarum volumen ab eo editum fuisse constat, tamen nec ipse fuit episcopus. Aëtium auctorem suspicabatur Tho. Galeus vir doctiss. At de placitis philosophorum scripsisse quidem Aëtium ex Theodorito novimus, sed ἐλεγχον hæresium scripsisse, cujus hæc *Φιλοσοφούμενα* exordium sint, nemo veterum scripsit.

«μενοι τὰ ἀρρήτα αὐτῶν εἰς φῶς ἄγειν, ὅπως δι' αἰνιγμάτων ἡμῶν
 «ἐκθεμένων τὰ δόξαντα αὐτοῖς αἰσχυρθέντες, etc. Post Gronovium
 «cum ejus versione et notis, novisque suis animadversionibus,
 «Φιλοσοφούμενα hæc separatim edidit amicus noster Joh. Christo-
 «phus Wolfius, hodie professor dignissimus in Academia Wite-
 «bergensi, qui pro suo in me amore librum hunc mihi inscripsit
 «(Hamburg, 1706, in-8°). Evolvisse se eundem manu exaratum
 «pridem testati sunt, vel fragmenta ex eo produxerunt Lilius
 «Gyraldus in *Dialogis de poetis* et in aliis scriptis suis; Conimbri-
 «censes in *Physica Aristotelis*, p. 176; Holstenius qui edere etiam
 «voluit; Jo. Mabillonius in *Itinere Italico*, p. 168; Allatius de
 «scriptis Socratis, p. 81; Alexander Morus ad Novum Fædus
 «pluribus locis et in Esaiaë LIII præcipue; Menagius ad Laërtium
 «Caroli de Montchal, archiep. Tholosani codice usus, ad lib. I,
 «sect. 34, 116; II, 7, 9; III, 8, 69; VII, 60, 149, 157;
 «VIII, 34, 39; IX, 5, 19, 20, 30, 33, 44, 61 et 81, ubi
 «pseudorigenem appellat, novissime præstantissimus Montfau-
 «conus in *Diario Italico*, p. 210. Narrat se in Bibliotheca Barbe-
 «rina evolvisse Origenis Φιλοσοφούμενα in codice recenti, ejusque
 «varias lectiones eruisse et cum aliis codicibus contulisse, ut ea
 «opera purgatiore dare in promptu sit. Novi etiam laudatum
 «Wolfium in itinere, quod post editum hunc libellum in Belgium
 «et Angliam suscepit, alios codices vel apographa inspexisse, et
 «locis non paucis meliorem illum dare jam posse.»

CAPUT III.

Posterioris Φιλοσοφουμένων partis notitia.

Postquam pars posterior et major hujus operis nuper inventa in lucem prodiit, orta in Anglia controversia est, auctore doctissimo viro Jos. Bunsenio, regis Borussorum legato. Qui contendebat librum ab Hippolyto, Ostiensi episcopo, doctore et martyre, fuisse scriptum; quæ opinio magna viri eruditione, inge-

nio sagacissimo et magno philologicarum disputationum choro-
gio defendebatur¹. Duo autem supersunt libri S. Hippolyti loci,
unus ab Alexandrino episcopo Petro, alter a Gelasio papa cita-
tus², quorum neuter in codice nostro transcriptus reperitur.
Adde quod, quantumvis magna ope conaretur Bunsenius, nullo
modo demonstrari poterat *Φιλοσοφουμένων* codici congruere
S. Hippolyti breviarium Photianum³. Parum igitur placuere
doctissimis viris Bunsenii conjecturæ.

¹ *Hippolytus and his age*, first edition, 4 vol. London, 1852. Second edit. 2 vol. London, 1854.

² Contra eos qui Pascha cum Judæis celebrabant *Chronicon paschale*, quod *Alexandrinum* vulgo appellant, p. 6: Ἰππόλυτος ὁ τῆς Εὐσεβείας μάρτυρ, ἐπίσκοπος γεγωνὸς τοῦ καλουμένου Πόρτου πλεσίον Ῥώμης, ἐν τῷ πρὸς ἀπάσας τὰς αἵρέσεις συντάγματι ἔγραψεν ἐπὶ λέξεως οὕτως. «Ὅρῶ μὲν οὖν ὅτι φιλονεικίας τὸ ἔργον. (Δέ- κγει γὰρ οὕτως) ἐποίησεν τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς ταύτῃ ἡμέρᾳ ἢ καὶ ἔπαθεν. Διὸ καμὲ «δεῖ ὃν τρόπον ὁ Κύριος ἐποίησεν, οὕτω ποιεῖν;» πεπλάνηται δὲ μὴ γινώσκων ὅτι ἐν τῷ καιρῷ ἐπάσχεν ὁ Χριστὸς οὐκ ἔφαγε τὸ κατὰ νόμον πάσχα. Οὗτος γὰρ ἦν τὸ πάσχα τὸ προκεκηρυγμένον, καὶ τελειούμενον τῇ ὁρισμένῃ ἡμέρᾳ.

Geladius, episcopus romanus, in testimoniis de duabus naturis in Christo, t. VIII *Biblioth. Patrum*, edit. Lugd. p. 704: «Hippolyti episcopi et martyris Arabum me- «tropolis in Memoria hæresium: Hic procedens in mundum, Deus et homo apparuit, «et hominem quidem eum facile est intelligere, quum esurit et fatigatur, et laborat, «et silit, et formidat, et fugit, orat, contristatur, et super cervical dormit, et calicem «respuit passionis, et anxius sudat, et ab angelo confortatur, et a Juda traditur, et «contumeliam patitur, a Caipha et Herode despicitur, a Pilato flagellatur, ejusque a «militibus illuditur, et a Judæis ligno configitur, et ad Patrem clamans commendat «spiritum, et inclinato capite spiritum trahit, latus lancea perforatur, involutus in «sindone ponitur in sepulcro, et a patre die tertia suscitatur. Divinitatem vero ejus «videre rursus clarum est quando laudatur ab angelis, et hoc a pastoribus inspicitur, «et exspectatur a Simeone, et ab Anna testimonium perhibetur, et quæritur a Magis, «et a stella designatur, et aqua in nuptiis operatur vinum, et increpat mare violentia «commotum ventorum, et ambulat super mare, et cæcum ex nativitate videre facit, «et mortuum Lazarum quatruiduanum resuscitat, et varias facit virtutes, datque disci- «pulis potestatem.»

³ Phot. Bib. cod. CXXI: Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Ἰππολύτου· μαθητῆς δὲ Εἰρη- ναίου ὁ Ἰππόλυτος· ἦν δὲ τὸ σύνταγμα καθ' αἰρέσεων λβ', ἀρχὴν ποιούμενον Δοσι- θεανοῦς καὶ μέχρι Νοητοῦ καὶ Νοητιανῶν διαλαβεανόμενον· ταύτας δὲ φησιν ἐλέγ- χους ὑποβληθῆναι ὀμιλοῦντος Εἰρηναίου· ὧν καὶ σύνοψιν ὁ Ἰππόλυτος ποιούμενος,

Contra menstruus libellus, in Anglia a sancti Evangelii reformati ministris editus sub titulo *Ecclesiastic and Theologian*, Caïo, Romano presbytero, Philosophumena tribuebat¹. Alii ejusdem generis libelli multo celebratiores (*Christian remembrancer*), theologorum Anglorum opus, Bunsenii argumenta confutavere, prudentiæque certissima edidere signa, quum nullius scriptoris aut doctoris partes defenderent. Unus inter anglicæ Ecclesiæ doctores, Christophorus Wordsworthius, illis non minus acriter Bunsenium impetivit, quamvis et ipsi videretur B. Hippolyto opus adscribendum esse².

Campus autem et catholicis scriptoribus patebat; igitur Recognitio Catholica Dublinensis quæstionem aggressa est non minori scientia neque ingenio minus subtili³. Simul ortæ sunt inter Germanos variæ et graves controversiæ. Primus doctissimus Jacobi, librum Origenis esse negans, Hippolytum ejus auctorem asserebat⁴. Quam opinionem confutaturus D. Fesslerus Caii presbyteri vindicabat jura⁵; sententiæ autem Jos. Bunsenii assensum dedere doctissimi viri Gieselerus⁶ et Hergenrötherus⁷; non iisdem vero rerum argumentis eam adstruebant, argumenta

τὸδε τὸ βιβλίον φησὶ συντεταχέναι· τὴν δὲ φράσιν σαφὴς ἐστὶ καὶ ὑπόσεμνος καὶ ἀπέριττος, εἰ καὶ πρὸς τὸν Ἀττικὸν οὐκ ἐπιστρεφῶν λόγον· λέγει δὲ ἄλλα τέ τινα τῆς ἀκριβείας λειπόμενα, καὶ ὅτι ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ οὐκ ἐστὶ τοῦ ἀποστόλου Παύλου.

¹ *Ecclesiastic and theologian*, june and july 1852. In libellis *Quarterly review* inscriptis edita est de eodem opere litteratissima disquisitio. (July 1852.)

² *Hippolytus and the church of Rome*, by Chr. Wordsworth, D. D. Canon of Westminster. London, 1853.

³ *Dublin review*, april 1853 and january 1854.

⁴ *Deutsche Zeitschrift für christliche Wissenschaft und christliches Leben*. (1852.)

⁵ *Tübinger Theologische Quartalschrift*, 1852, p. 299 et seq.

⁶ *Ueber Hippolytus, die ersten Monarchianer, und die römische Kirche in der ersten Hälfte des dritten Jahrhunderts*, von D^r Gieseler. *Theologische Studien und Kritiken*, viertes Heft, 1853.

⁷ *Ueber die neu-entdeckten Philosophumena*, von D^r Hergenröther. *Theologische Quartalschrift*, drittes Quartalheft, 1852. Tübingen.

alia probantia magis, ipsis iudicibus, edentes, quæ, ut cætera, confutata sua vice fuerunt.

Descendit etiam in arenam doctissimus Baur, pro Caio et Caii fautoribus doctrina amplissima armatus et instructus¹; qui posteriùs sese ad Hippolyti partes convertit. Nec multo post, doctor exquisitissimæ eruditionis Döllinger, cuius non immerito opera de Ecclesiæ historia miramur, materiam disputationis novam reperit, quæ partium furorem mitigare et controversiis finem imponere posse videbatur, nempe : Hippolytum Philosophumena scripsisse, sed eo tempore quo Novatianis doctrinis adhærens, primus antipapa vocari pateretur; postea vero eundem pœnituisse, erroresque martyrio expiavisse².

In Gallia, periodicus libellus cui titulus est *Le Correspondant*, disquisitionem exhibuit auctore amico nostro E. Freppel, qua S. Hippolyto Philosophumena adscribebantur. Cujus argumenta novis rationibus confutans vir summæ doctrinæ Car. Lenormant, eodem libello, Origenis esse potiora jura affirmabat³. Mox unus e scholæ nostræ discipulis, in actu publico quem apud facultatem litterarum Parisiensem habuit, totum opus Tertulliano vindicabat⁴. Interim in *Annalibus philosophiæ christianæ* eruditissimam disquisitionem de eadem quæstione scribebat vir egregius et eruditus Dumont⁵, et in eam sententiam ibat quam ego conatus eram defendere⁶.

¹ *Theolog. Jahrbuch*, 1853. Heft 1, 3.

² *Hippolytus und Kallistus; oder die Römische Kirche in der ersten Hälfte des dritten Jahrhunderts*, von D^r Döllinger, vol. in-8°, 1853.

³ Études critiques sur le livre publié par M. Miller, sous le titre *Philosophumena Origenis*. — *Le Correspondant*, tome XXXI, 9^e livraison, 1853.

⁴ *Études critiques sur le livre des Philosophumena*, par l'abbé Jallabert. — Thèse présentée à la Faculté des lettres de Paris, 1853.

⁵ *Annales de philosophie chrétienne*, 1854.

⁶ *Études sur de nouveaux documents historiques empruntés à l'ouvrage récemment découvert des Φιλοσοφούμενα*. Paris, 1853. — *Histoire de l'Église de Rome sous les pontificats de saint Victor, saint Zéphyrin et saint Calliste*, 1856.

Quum mihi non sit in animo controversiæ singula momenta explicare, mitto argumenta conjecturasque quibus fretæ rem examinandam philologorum factiones varie agitaverunt : rem ipsam breviter expediam ita ut ea, quæ certa sunt, cæteris omis-
sis, explicem.

Ab ecclesiasticis primorum sæculorum scriptoribus id acceperamus, B. Hippolytum contra hæreticos librum composuisse; sed et alios eorundem temporum doctores de iisdem argumentis scripsisse. Qua ratione igitur discerni possit B. Hippolyti opus? Qui rem investigare perobscuram optat, ille saltem signa quædam exquirere et invenire debet, quibus res ipsa manifesta fiat. Jam adsunt duces multi, et multa signa patescunt, quibus homines antiquitatis curiosi opus ipsum B. Hippolyti indagare queant. Eorum ducum princeps est Photius, qui, ipso Hippolyti libro perlecto, « Libellum esse ait contra hæreses triginta, principio « sumpto a Dositheis, usque ad Noetum et ejus asseclas; brevia-
« rium autem esse libri quo fusius B. Irenæus istos confutaverat.
« Sermonem esse perspicuum, non humilem nec tumidum, quam-
« vis non atticum omnino; scriptorem in pluribus erravisse, v. g.
« quum Epistolam ad Hebræos Pauli apostoli non esse affir-
« mat¹. »

Doctissimus autem Chr. Bunsenius enixe contendit *Φιλοσοφουμένων* librum unum et eundem esse ac B. Hippolyti libellum de quo mentionem hanc apud Photium habemus. Equidem maxime miror. Quatuor enim libris *Φιλοσοφουμένων* auctor fusius explicat philosophorum placita, Græcorum, Ægyptiorum, Assyriorum, de quibus B. Hippolytus videtur siluisse! « Omitte qua-
« tuor primos libros, ait Chr. Bunsenius; ea enim omisit de in-
« dustria Photius, quum ad hæreses tantum, non ad Barbarorum
« placita animum intenderet. » Ad ea quæ sic objiciuntur respondet ipse Photius; postquam enim Irenæi et Hippolyti libros

¹ Conf. supra, p. x, in notis.

legerat, maximum sancti Epiphanii opus aggressus est, de quo sic testatur : « In eo confutantur hæreses octoginta; tria sunt volumina in septem libros distributa. Exorsus Epiphanius a Barbarorum fide progreditur ad Messalienses usque ¹. » Accurate initium, medium, terminus operis indicantur. Cur igitur Barbarorum fidei confutationem Photius hoc loco indicat, tacet quum Hippolyti libri argumentum exponit? Qua tandem ratione doctissimus Chr. Bunsenius conciliare possit Photium hic in explicando tam exactum, illic in notando tam negligentem?

Jam autem, ut Chr. Bunsenio morem geramus, omissis prioribus, sex posteriores nostri codicis libros cum B. Hippolyti libello conferamus. Hujusce opusculi initium a Dositheis orditur; Noetiani autem finem concludunt. At scriptor *Φιλοσοφουμένων* primo Naassenos et Ophitas aggressus, ad finem Elchasaitas variasque Judæorum sectas confutat. An ejusdem familiæ fuisse Dositheos et Ophitas quis dixerit, aut cum Noeto errorum societatem iniisse Elchasaitas? At Dosithei patrem habebant unum e Simonis Magi discipulis, et apud Judæos apostolorum temporibus jam vigeabant; Ophitæ autem magis a Judæis quam a paganis alieni, originem in Phrygia habuere, confitente ipso Bunsenio; nec eorum incunabula ultra annum centesimum quinquagesimum p. C. n. recedunt. Quod si Elchasaitæ quibusdam Noeti erroribus adhæsere, quis merito affirmare poterit Pharisæos, Sadducæos, Esseniosque, quorum deliria sub finem sui operis noster confutat, Noetianos fuisse?

Quod autem notaverit Photius B. Hippolyti libellum esse breviarium Refutationis quam contra hæreses B. Irenæus perscripserat, jam sagacissimus vir Bunsenius clarissime perspicit *Φιλοσοφουμένων* librum B. Irenæi operis esse breviarium. At nostri codicis libro primo Græcorum philosophia explicata est, quam silentio prætermisit Irenæus. Secundo, tertio et quarto

¹ Phot. *Bibl. cod.* CXXII.

agitur de Ægyptiorum, Chaldæorum et Assyriorum doctrinis, de quibus omnino silet Lugdunensis episcopus; quinto libro exponuntur portentosa quarumdam sectarum dogmata, quæ B. Irenæus videtur ignoravisse; sexto autem et septimo libro plura quidem variis in locis a B. Irenæo noster mutuatus est; octavo, perpauca ex eodem deprompta sunt. Nonus habendus est novus et genuinus. Denique decimus breviarium totius operis continet. Jam quis jure affirmaverit totum B. Irenæi opus in nostro *Φιλοσοφουμένων* libro fuisse contractum?

Adde quod citatos Hippolyti locos a Petro Alexandrino et Gelasio summo pontifice frustra in *Φιλοσοφουμένοις* inquisivimus. Frustra sudavit etiam doctissimus Chr. Bunsenius, qui, quum nulla eorum vestigia reperiret, negligentiam scribæ arguebat. Rursus idem corruptum esse codicem dicitur, quum Photii testimonia secuti inquirimus quonam loco noster affirmaverit B. Pauli epistolam ad Hebræos genuinam non esse habendam.

Plerisque autem philologorum certius visum est *Φιλοσοφουμένων* librum non eumdem esse atque illud ejusdem generis opus cujus breviarium apud Photium commemoratur. Sed, quum nostrum codicem B. Hippolyto argumentis quoquomodo corras adscribere vellent, nova et inaudita conjectura rem certiore efficere tentaverunt. Censuit enim Christophorus Wordsworthius (quem secuti sunt alii) librum de quo apud Photium agitur eumdem esse de quo *Φιλοσοφουμένων* auctor hisce verbis, initio operis, loquitur: « Horum strictim exposuimus jam olim opiniones, « non eas demonstrantes subtiliter, sed pinguius redarguentes, « qui nondum consultum putaremus illorum arcana in lucem « proferre. » Ergo, si critico illi fides adhibeatur, locos a Petro Alexandrino Gelasioque citatos in eodem priore libro invenire promptum sit. Cui sententiæ ingeniosæ quidem non video quis posset obloqui, nisi per se ipsa, ut e conjectura tantum petita,

facile rueret. Quo enim argumento probari potest citatum initio *Φιλοσοφουμένων* librum eundem esse ac volumen a Petro Alexandrino Gelasioque et Photio tritum? Quid si contraria magis placeant? Affirmat enim *Φιλοσοφουμένων* auctor fuisse olim a se confutatos hæreticos *οὐ κατὰ λεπτόν*¹, unde conjici potest exaratum ab eo fuisse librum quo hæreticorum universitas confutaretur communibus argumentis, singulis proprie non recensitis neque ordine duobus et triginta hæresibus enumeratis.

Non immerito retulit Christ. Wordsworthius illud usitatum fuisse scriptoribus veteribus seu Gentilibus, seu Christianis, ut editi jam operis breviarium iidem componerent; nec minus solemne fuisse ut ab alio quovis breviarium operis majoris conficeretur; unde factum est ut multorum librorum pleniora corpora perirent. At in proposita disputatione res aliter videtur evenisse. Breviarium enim, si Anglo philologo credimus, desideratur, opere ipso fruimur. Quo argumento niti Wordsworthium, utpote vere criticum, jure equidem miror. Illudne eruditissimum virum fugit, decimum *Φιλοσοφουμένων* librum totius operis esse breviarium? Ergo et priore opere fruimur et expeditiore operis quadam summa. Cur alterum etiam diversumque breviarium olim exstitisse credatur? Quorsum breviarium iteravisset B. Hippolytus? Tria ejusdem generis eundem auctorem opera scribere potuisse concedo, quorum uno universim hæreses confutarentur, non addito singulorum nomine (ut e Tertulliani in Præscriptionibus exemplo non absimili intelligitur); altero vero exponerentur singuli cujusque sectæ errores; tertio breviarium contineretur. Sed quis credat auctorem breviarium aliquid primo scripsisse, quod postea fusius dilatare sibi proponeret, mox dilatatum novo compendio coarctaret? Illud etiam notandum, res compendio comprehensas in priore opere amplius explicari; promptum igitur esset in codice nostro reperire noti-

¹ Conf. infra, p. 2.

tiam de Dositheis, de quibus B. Hippolytum scripsisse ait Photius, atque eos locos quos Petrus Alexandrinus et Gelasius citaverunt; qui quum nusquam inveniantur, Wordsworthii sententiam, ut meram conjecturam, necesse est missam faciamus.

Jam notandum est quantum inter se discrepent nostri *Φιλοσοφουμένων* auctoris et B. Hippolyti scribendi ratio, quanquam fateor sæpius arduum esse scriptorem alterum ab altero certis hujusmodi indiciis dignoscere. Multæ enim incidunt causæ propter quas a se ipso discrepare scriptor idem potest. At, quum eodem tempore et loco de iisdem doctrinis a duobus viris disputatum est, nonne diversa scribentium persona verborum, figurarum et locutionum diversitate arguitur? Porro quantulam libet B. Hippolyti particulam attigeris, statim senties quantum et frequenti antithetorum usu, et sententiarum peculiari forma, et plerumque ipsis verbis, a *Φιλοσοφουμένων* auctore differat. Quæ contra Noetum scripsit Hippolytus, non dubitavit Chr. Bunsenius nostro attribuire, ausus etiam amborum fidei professionem conferre tanquam ab uno et eodem Christiano perscriptam. Has autem dictiones adnotes velim, quæ noster nusquam usurpavit, quum sæpissime tamen in similes sententias incideret:

Πληθὺν Θεῶν παραβαλλομένην κατὰ καιρούς. — Ἀνακεφαλαιοῦται ὁ μακάριος Ἰωάννης. — Οἰκονομία συμφωνίας συνάγεται εἰς ἓνα Θεόν. — Τὸ Ἅγιον Πνεῦμα ἢ οἰκονομία τρίτη. — Σάρκωσις τοῦ Λόγου. . . . — Ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων διεμαρτύρατο (τὸ Πνεῦμα). — Ἀπὸ Ἰωάννου δακτυλοδεικτούμενος¹.

Notabit etiam lector quam peculiari modo, in his quæ sequuntur sententiis, membro priori posterius apponatur: Πάντες ἀπεκλείσθησαν εἰς τοῦτο, ἄκοντες εἰπεῖν. — Οὕτως συντρέχουσιν τῇ ἀληθείᾳ, ἓνα Θεὸν λέγειν². Hunc autem appositionum verborum usum, qui apud Hippolytum frequens est, *Φιλοσοφουμένων* auctor

¹ Conf. B. Hippol. *Contra Noetum*. Edit. Jos. Alb. Fabric.

² *Ibid.*

omnino ignorare videtur. Evolvās etiam velim quæ contra Beronem et Helicem hæreticos B. Hippolytus disseruit, vel ea quæ ad laudandam Jesu-Christi *Theóphaniam* composuit. Nulla non pagina insolentia verba insolentesque locutiones offendes, ac miraberis quibusnam argumentis freti viri doctissimi Φιλοσυφουμένων librum B. Hippolyto adjudicent. Hæc autem de multis delibanda duximus : Ἀπειροδύναμος Θεός ¹. — Ἐν οἷς ἂν σαρκωθεῖς Θεϊκῶς ἐνήργησε ². — Θεϊκῶς frequenter a B. Hippolyto, nunquam a nostro usurpatum. — Αὐτοσθενές, ἀπειροσθενές, σωματώσις et σάρκωσις ³, sæpius apud Hippolytum, nunquam apud nostrum occurrunt. — Τρανῶσω παραδείγματι ⁴. — Ὁ λόγος φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος ⁵. — Noster autem similia exprimens nunquam vocabulo πηγαζέσθαι, semper autem τῷ ῥέειν utitur, ut in hac sententia videre est : Ἡ κεραία μία ἐκ τελείου ῥυεῖσα. Rursus notandæ sunt hæc B. Hippolyti locutiones : Ἡ Θεότης ταύτοπαθῆς τῇ σαρκί. — Σὰρξ ταύτουργὸς τῇ Θεότητι ⁶. — Plura alia indicare libet : Δημιουργήματα τοῦ Θεοῦ ⁷. — Ἀπομφακίζειν ⁸. — Σεληνιακὸν σιτοιχεῖον. — Πολυπήγητος. — Μουσαῖον ἄσῆρων. — Ἡ πηγὴ ὑπὸ πενιχρῶν ὑδάτων ἐκαλύπτετο ⁹. — Ἡ φιλανθρωπία τῆς συγκαταβάσεως τοῦ Κυρίου ¹⁰. — Τὴν χάριν φυταγωγεῖ ¹¹. — Ταπεινοφροσύνη ¹².

Sexcenta alia B. Hippolyti afferre facillimum esset quorum

¹ B. Hippol. Op. p. 225. Edit. Jos. Alb. Fabric.

² *Ibid.* p. 226.

³ *Ibid.*

⁴ *Ibid.* p. 227.

⁵ *Ibid.*

⁶ *Ibid.* p. 228.

⁷ Ejusdem *Hom. in Theophan.* p. 261.

⁸ *Ibid.*

⁹ *Ibid.* p. 262.

¹⁰ *Ibid.*

¹¹ *Ibid.*

¹² *Ibid.*

nihil apud nostrum, contra permulta nostri auctoris apponere quæ nusquam in B. martyris operibus occurrunt. At ea quæ notavimus sufficere arbitramur ut appareat cur a Chr. Bunsenii et Christophori Wordsworthii partibus discedendum esse censeamus.

In Gallia autem plerique viri calculum suum libenter Origeni tulerunt. At quamvis infirma refellerent argumenta quibus ostenderetur compositum a B. Hippolyto opus fuisse, Origenis tamen jura non sine dubitatione quadam vindicaverunt, his scilicet rationibus inducti.

Quatuor diversi codices, Mediceus scilicet, Ottobonianus, Taurinensis et Barberinus, quos decimo septimo sæculo terebant Gronovius, Joannes Christ. Wolfius et Carolus Delarue, quum primam *Φιλοσοφουμένων* partem ederent, Origenis nomen præferunt; quorum tamen alii aliunde allati titulis diversis inscripti, multa lectionis varietate inter se differunt. Unde constat non ex eodem codice sed ex diversis codicibus fuisse transcriptos. Hanc enim habent Mediceus et Barberinus inscriptionem : *Ὠριγένους Φιλοσοφουμένων... τάδε ἔνεσιν*. Codex autem Ottobonianus habet in ipso textu : *Ὠριγένους κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχοι. Τάδε ἔνεσιν.....* Et in margine *Ὠριγένους Φιλοσοφουμένων... Codicis Taurinensis titulus est : Ὠριγένους πάντιμα τοῦ σοφωτάτου... τάδε ἔνεσιν*.

Gravissimum inde argumentum ducitur, quanquam veteribus id solemne fuit ut celebratissimis scriptoribus libri adscriberentur spurii. Nec nos contendimus *Φιλοσοφούμενα* genuinum opus fuisse; sed iidem jure affirmamus hunc librum sub Origenis nomine a veteribus vulgatum fuisse, quum ejus nomen quatuor codices præferant. Adde quod ejusdem nomen in novissime reperto codice præscriptum fuit in margine ante illam suæ fidei confessionem quam auctor exhibet. Sic enim legitur : *Ὠριγένους καὶ Ὠριγένους δόξα*. His argumentis freti, in primis viri doctissimi

Emm. Millerus, Carolus Lenormant et Ernestus Renan, opus totum Origeni adscripserunt.

Facultatis litterarum Parisiensis decanus, vir eruditissimus et præstantis iudicii, Victor Le Clerc non procul abfuit ut partes Origenis defenderet; nam solemnibus in Sorbona habitis comitiis, notavit referta esse *Φιλοσοφούμενα* orientalibus doctrinis; quæque ad orientem pertinebant ea altius introspectisse auctorem quam quæ ad occidentales regiones, quanquam idem multa de Romana civitate, libro nono, curiosius explicet, quæ, si Romam aliquo casu venisset, doceri potuerat.

Inde probabilius videtur auctorem in oriente vitam degisse quam in occidente. Idem doctissimus decanus fusius disseruit de Origenis erroribus, viri ingenio effreni et miras in sententias easque diversas temere ruentis; cui contigit ut de re eadem, pro varietate temporum, diversissime censeret. Admiratus enim Platonem cæterosque philosophos, Græcorum philosophiam scripsit animis ad Christi notitiam et cultum præparandis fuisse aptissimam, idem philosophiam omnium errorum fontem uberrimum esse affirmavit et ex philosophorum Græcorum libris hæreticos cujusque sectæ dogmata perversissima deprompsisse. Qua de re legendus maxime est locus quidam quem in Homilia in Josue septima reperimus :

« Multa in philosophorum vel rhetorum sermonibus pulchritudo : qui omnes de civitate sunt Hiericho, id est, hujus mundi homines. Si ergo invenias apud philosophos perversa dogmata, luculenti sermonis assertionibus decorata, ista est lingua aurea. Sed vide ne te decipiat fulgor operis, neu te rapiat sermonis aurei pulchritudo; memento quia Jesus anathema jussit esse aurum quod in Jericho fuerit inventum. Lingua aurea est : si eam sustuleris et posueris in tabernaculo tuo, si introduxeris in cor tuum ea quæ ab illis afferuntur, pollues omnem Ecclesiam Domini. Hoc fecit infelix Valentinus et Basilides, hoc

« fecit et Marcion; hæretici furati sunt isti linguas aureas de Jericho, et philosophorum nobis non rectas in Ecclesiam introducere conati sunt sectas, et polluere omnem Ecclesiam Domini¹. »

Primus in Gallia vir litteratissimus et magnæ eruditionis Carolus Lenormant de *Φιλοσοφουμένων* libro disputationem instituit. Origenis partes secutus est, et quamvis brevissimo opusculo², plurima argumenta ad hanc usque diem non confutata exhibuit, quorum præcipua recenseo: « Unus inter Origenis defensores, cujus mentio est apud Photium, Alexandrinum doctorem refert de sanctissima Trinitate disputavisse sæpius neque unquam eum erravisse; pugnantem tantum cum Sabellii hæresi, cujus tum improbitas magnopere sese efferebat, et personarum triadem manifestam maxime multisque modis differentem demonstrare conantem, a recto atque officio subinde in contrariam partem abreptum fuisse³. » Nonne iste Origenis patronus, ait Carolus Lenormant, in animo habuisse videtur nonum *Φιλοσοφουμένων* librum; quo loco Sabellium Origenes lacessens et confutans, in errorem contrarium incidit, Arianis placitis simillimum. Addit doctissimus criticus eundem paulo post fidem suam coram Fabiano summo pontifice defendere coactum fuisse; cujus ad Fabianum epistolas legerant Eusebius et sanctus Hieronymus; jam si huic doctori fidem adhibeamus, credendum est doluisse Alexandrinum catechistam quædam fuisse suis libris inserta; quapropter culpandum esse Ambrosium amicum qui ediderat publicaveratque scripta admodum domestica et secreta⁴.

¹ *Hom. VII in Jos.*

² *Le Correspondant*, t. XXXI, 9^e livraison, 1853.

³ *Φησὶ δὲ καὶ περὶ Ὀριγένους, μηδὲν αὐτὸν κατὰ δόξαν ἐσφάλθαι περὶ τῆς Τριάδος: ἀντιφερόμενον δὲ τῇ αἵρέσει Σαβελλίου, εἰς μέγα κακοῦ ἡρμένη τότε καὶ τῆν τῶν προσώπων Τριάδα, ἐναργεστέτην καὶ πολλοῖς τρόποις διαφέρουσαν ἀγωνιζόμενον παρασλήσαι παρὰ τοῦ προσήκοντος καὶ εἰς τὸ ὑναντίον ἀπενεχθῆναι.* (Phot. cod. CXVII.)

⁴ B. Hieron. *Epist.* LXV.

Idem B. Hieronymus, ad Paulam scribens, Romanam Ecclesiam, quod damnasset Origenem, his verbis arguit : « In damnationem ejus consentit urbs Romana ; ipsa contra hunc cogit senatum, non propter dogmatum novitatem, nec propter hæresim, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant, sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterant et illo docente omnes muti putabantur ¹. » Hæc autem verba notanda sunt : « Rabidos canes simulasse eum damnatum fuisse propter hæresim et propter dogmatum novitatem. » At quænam adeo tunc temporis nosci Romæ poterat hæresis ut, nullo inquirente, quasi manifesta merito damnaretur, nisi illi sunt ipsi errores quos Romæ degens Origenes docuerat, et in nono *Φιλοσοφουμένων* libro exhibuit.

Critici vero qui Origenem *Φιλοσοφούμενα* scripsisse negabant ex ipso operis initio hæc verba afferebant : « Apostolorum nos successores, summique sacerdotii et doctrinæ et Ecclesiæ habiti custodes. » Quæ ad episcopum tantum spectare posse censebant, et quum tantam provinciam nunquam suscepisset Origenes regendam, effici librum ab alio esse exaratum. Contra animadvertit Carolus Lenormant hæc verba potuisse a viro usurpari qui, ob laudem ingenii excellentem eloquentiæque et doctrinæ famam, maxima apud omnes gratia et auctoritate polleret. Ab illo enim nondum sacerdotali dignitate decorato orationes exposcebant episcopi quas, eis præsentibus, habebat. Eum etiam ad concilia vocabant, quorum notissimo Bostræ habito, ubi dies defendendæ causæ Beryllo data erat; idem confutavit pravissimos præsulis errores; quum episcopi id solum agerent ut sua auctoritate summa sacerdotis Alexandrini confirmarent auctoritatem. Quid igitur mirum si adeo superbierit Origenes ut sese Ecclesiæ et summi sacerdotii custodem defensoremque et apostolorum successorem æstimaret ?

¹ B. Hieron. *Ad Paulam*, *Epist.* xxxiiii.

Notat denique Carolus Lenormant argumentum pertenuè esse quo tribuantur B. Hippolyto libri *Περὶ τῆς τοῦ Παντὸς οὐσίας* et *Μικρὸς Λαβύρινθος* et *Φιλοσοφούμενα*, quæ tria opera meliori jure Origeni posse tribui videantur. Photius enim et Theodoretus dicunt a pluribus Origeni adscripta fuisse et Parvum Labyrinthum et librum *Περὶ τῆς τοῦ Πάντος οὐσίας*. Quum autem hunc librum de Universi natura ut suum vindicet *Φιλοσοφουμένων* scriptor, licet inde conjicere hunc eundem Origenem fuisse; quanquam erraret, judice eodem critico, qui ex titulo libri auctorem continuo nobis innotescere crederet. Illis enim temporibus multi de Natura rerum seu de natura Universi libri et scripti et editi sunt.

Jam ut nostram in hac lite sententiam, qualiscumque est, dicamus, quamvis sint auctores gravissimi qui Origeni *Φιλοσοφουμένων* librum adscribant, iis adstipulari non audemus. Plura sunt in hoc opere quæ ab Origenis opinionibus et scribendi genere valde discrepant. Ea autem præcipue ratione in dubium adducimur, quod totum opus excerptis constet negligenter in unum congestis. Si numerentur depromptæ e Sexto Empirico, B. Irenæo, Josepho, Valentino, Basilide, Monoïmo, Marco aliisque paginæ, vix supersit totius corporis quinta pars quæ ipsius auctoris manum fateatur. Jam decimo libro, librorum superiorum magna pars iterum repetita legitur. Alium eadem compositum ratione librum in litteris ecclesiasticis vix invenias. Multa quidem apud Tertullianum, Theodoretum, Epiphanium, ex aliorum libris deprompta citantur; nullus tamen eorum propria scriptoris arte adeo caret. Atqui nemo inter auctores ecclesiasticos magis quam Origenes ab hoc servili componendi genere abhorret, quo fit ut eo prorsus indigna *Φιλοσοφουμένων* compilatio videatur; quanquam ipsius nonnulla forsitan inserta sunt codici nostro fragmenta; quæ omnia qui collegit Origenis nomen eis inscripsit, quo majorem libro conciliaret auctoritatem. Habet

nunc eruditus lector rationes quibus equidem fretus inscripsi non ORIGENIS *Φιλοσοφούμενα* sed *Φιλοσοφούμενα* OPUS ORIGENI ADSRIPTUM.

CAPUT IV.

Disquisitio de criminationibus quibus in nono *Φιλοσοφουμένων* libro B. Callistus, pontifex Romanus, impetitur.

I.

Pontifex maximus quem Christianorum universitas sanctum et martyrem venerari et altaribus magnificentissime colere per tot annorum seriem non desiit, idem, si accusatori privatim constituto, *Φιλοσοφουμένων* auctori, credimus, fidei catholicæ corruptor, hæretica lue, non urbem tantum sed et orbem terrarum universum infecerat!

Quæ si vera ille narravit, quomodo factum est ut scriptorum omnium qui Ecclesiæ christianæ annales exaraverunt nemo factum longe gravissimum commemoraverit, imo ne rescivisse quidem videatur? Qui errores æqualium singulos recensendi provinciam susceperunt, ea lege ut etiam levissimos notarent, iidemne solemne munus omisissent eo potissimum tempore, quum pastoris ipsius opinionibus recti specie deceptus grex in errorem pravissimum raperetur?

Praxeam nominant, Sabellium, Noetum, cæteros, qui ipsa Zephyrini et Callisti ætate pravissima docentes Ecclesiam turbare; cur illi de ipsius pontificis doctrina silent, eo pestilentiori quo plures per regiones debebat serpere? Siletur res, inquam, quæ publica esse debuit: non immerito miror.

Adde quod paulo post functum vita Callistum, controversiam inter se instituerunt Cyprianus Carthaginiensis et Stephanus pontifex maximus. Cui contentioni intermixtus Firmillianus contra Romanum episcopum Africanarum Ecclesiarum opiniones vehementem patronus maximo studio defendit. Cur oblatam recentes

Callisti errores increpandi occasionem Africani quos nominavi non amplectuntur? Cur, si fidem et mores, amissa dignitate prioris disciplinæ, corrupisset Ecclesia Romana, neuter eam facinoris adeo immanis arguit? Cur, quum sua plurimum interesse sciret ista objurgare, silet uterque? Quid ergo, nisi quia revera nihil erat quod arguerent.

Tunc temporis discordabant inter se animi incensi illa de hæreticorum baptisate controversia. Contendebant enim alii sacramentum ab hæretico collatum virtute nulla apud Deum pollere; et, si qui ab errore ad veram fidem se reciperent, illos iterum esse baptizandos. Alii contra, nusquam amitti virtutem rei a Christo institutæ; nec iterandum esse baptisma. Quam controversiam vehementer et diu versatam fuisse, et multis Augustini, Cypriani, Tertulliani operum locis et ipsa historia probatur. Porro Ecclesiarum nulla majori impetu quam Romana adversus rerum novarum fautores certamen est aggressa. Cur non ipsos Romanos pontifices auctores et magistros sibi vindicaverè isti de quibus loquimur hæretici? Qua ratione factum est ut Callisti nusquam ullus nec nominis nec dignitatis sibi auctoritatem usurpaverit, quippe qui, teste nostro, baptisma esse iterandum censeret? Quid igitur, si nec Cyprianus, nec cæterorum ullus, quicumque adeo flagrantibus et quasi civilibus bellis partes suas acriter defendebant, Callistum pontificem, objurgandi et arguendi causa, nominat?

Quintus et trigesimus effluxerat annus postquam Callistus pontificatu functus erat, quum Dionysius, Alexandrinus episcopus, Romanum pontificem eadem de quæstione consuluit, an valeret baptisma ab hæretico datum. Unde conficitur ignoravisse illum jam antea alium Romanum pontificem jussisse ut iterum baptisma conferretur. Paucos post annos ipse, quasi Sabellianis erroribus favisset, citatus reus, a Dionysio, Romano pontifice, jussus est ea quæ crederet profiteri et exponere; cui mandato

obtemperavit Alexandrinus. Quem quum fugere non posset olim Romanæ Ecclesiæ antistitem Noeti simul et Sabellii partes amplexum fuisse, ejusdem tamen Ecclesiæ præsulis fidem suam publice examinandam explicat, Ecclesiæ, inquam, cujus fides ante corrupta fuerat!

Eadem sequentibus temporibus sæpius accidere. Nam, quum jam Ariana hæresis orbem infecisset, Nicæam convenere ex omnibus terrarum regionibus christiani antistites qui de his doctrinis, quæstione facta, judicium ferrent. Quo in contilio prolata quæcumque fuerant de sanctissimæ Trinitatis mysterio doctrinæ a sacri senatus patribus trutina expenduntur. Tunc quoque anathematizati sunt Paulus Samosatensis, Novatianus, Arius et cæteri omnes qui fidem corruperant. Eodem tempore, concilium Romæ habebat sanctus Sylvester papa, quo Sabellianismi arguebantur et damnati sunt hæreseos crimine Victorinus episcopus, Hippolytus diaconus et Callistus, alius scilicet atque ille pontifex maximus, quum sit illo ætate multo posterior¹. Cur igitur utriusque concilii patres de gravissimis Romani præsulis erroribus silent? Cur de novis rebus quas idem moliri meditatus erat, pariter tacent? Hippolytus diaconus et Callistus alter, cujus nomen tantum novimus, notantur. Nonne pontifex eodem nomine insignis, quo auctore in tot mala Ecclesia incidisset, multo etiam magis dignus erat tali infamiæ nota quam ei inurere concilia debuissent?

Quinto demum sæculo, in libro cui titulum fecit Theodoretus *de Hæresibus*, nomen Callisti cujusdam reperias, sed eidem Romani pontificatus dignitas non tribuitur; jam quum minimus isti Callisto concedatur in libro locus, brevissimis verbis absoluta rerum quas docuit expositione, existimandum esse videtur, Theodoro judice, hominem illum e principibus non fuisse.

¹ De hoc concilii decreto conf. librum quem edidi (anno 1853): *Études sur de nouveaux documents historiques empruntés au livre des Φιλοσοφούμενα*, p. 236.

His enim fere verbis expositionem de Noetianis doctrinis concludit: « Eosdem defendit errores Callistus, et magistri impietati propriam impietatem certis in rebus addidit. » Quod si dicas, quæ de Noeto scripsit, ea Theodoretum e libro *Φιλοσοφουμένων* in suum transcripsisse, itaque de Callisto eodem ipso locutum videri in quem *Φιλοσοφουμένων* scriptor tanta vi invehitur, non infitabor. Sed quis affirmare poterit hoc in loco Romanum episcopum, Zephyrini successorem, Callistum a Theodoro designari? Quibus argumentis rem probare tentabis? Nam decimum tantum librum *Φιλοσοφουμένων* notum fuisse Theodoro verisimillimum arbitror. Quod si res ita est, quid in illo totius operis breviario dignitatis Callisti Theodoretum monere potuit? Nonne vero propius est Theodoro eosdem visos fuisse Callistum pontificem et alterum illum Callistum sancto Sylvestro æqualem, cujus in concilio Romæ habito condemnati sunt de sanctissima Trinitate errores pravissimi.

Talis autem veterum Ecclesiæ historicorum silentii causam hanc excogitavit Wordsworthius: « Incolebat, inquit, tum temporis Ecclesia Romana catacumbas. Necdum erat apud Romanos Christianos homo quisquam theologus: horum nemo scribendi laude florebat. Nec cæteri Christiani in orbe dispersi curam habebant de rebus quæ Romæ agebantur¹. »

Rem profecto stupendam! Nonne Romanam Ecclesiam eandem illam quæ Wordsworthio obscura, ignota, humilis, contempta videtur, tot res præclare gestæ, tot insignia facta indicant fuisse omnium per orbem Ecclesiarum ab ipsis incunabulis celebratissimam et veneratione maxima cultam?

Illius *fides annuntiabatur in universo mundo*, ut scripsit B. Paulus²; illius auctoritate, quam reverebantur omnes, si qua dissensio oriebatur, pacabantur animi. Etenim, non Joannem apo-

¹ *Hippolytus and the Church of Rome*, p. 127.

² *Epist. ad Rom.* I, 8.

stolum vivum adhuc et incolumem adierunt fideles Corinthi degentes, sed Clementem Romanorum antistitem. Romam pergit ipse Polycarpus Smyrnensis ut amicum Anicetum pontificem consulat. Quid plura? Ad Romanos et hæc scribebat Dionysius Corinthius: « Ab ineunte Christi religione solennis mos vobis
 « fuit ut fideles opibus juvaretis. Ecclesiarum enim inopiam vestra
 « munificentia sublevavistis; fratribus qui ad metalla damnati
 « sunt necessarium quidquid erat præbuistis; eumque morem a
 « majoribus vestris traditum studiose servavistis, quem episco-
 « pus vester Soter tantum aberat ut aboleret aut minueret, ut
 « stabiliverit et auxerit¹. »

Nec multo post, Irenæus, Lugdunensis episcopus, contra hæreticos ex apostolica traditione argumenta struens dicebat: « Quo-
 « niam valde longum est, in hoc tali volumine, omnium Eccle-
 « siarum enumerare successiones, maximæ et antiquissimæ, et
 « omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et
 « Paulo, Romæ fundatæ Ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis
 « traditionem et annuntiatam hominibus fidem, per successiones
 « episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confun-
 « dimus omnes eos². . . . »

Hanc igitur Ecclesiam, quam Irenæus maximam et antiquissimam vocat et omnibus cognitam, unde rescivit Wordsworthius fuisse « obscuram et contemptam? »

Anno vigesimo postquam Callistus pontificatu functus erat, Romæ concilium habuit Cornelius pontifex maximus, Novati erroribus damnandis, simul ut de rebus Ecclesiæ rationem redderet. Scribit suo tempore Romæ leviticis muneribus præfuisse sacerdotes quadraginta septem, diaconos septem, exorcistas, lectores, ostiarios quinquaginta, et viduis, pauperibus ægrisque mille et quingentis per divinam misericordiam necessaria sup-

¹ Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV, c. xxiii.

² Iren. lib. III, c. iiii, 2, 2.

peditari, additque : « Neque tamen tanta in Ecclesia multitudo, « tam ingens numerus divinæ providentiæ copiis opulentus et « abundans, cum immenso atque innumerabili populo, ab hujus- « modi desperatione et audacia eum (Novatum) deterruit et ad « Ecclesiam revocavit¹. »

Qua ratione Romana Ecclesia, quæ, si Wordsworthium audias, Callisto pontifice, omnium rerum inopia premebatur, subito propulsatis necessitatibus, eo magnitudinis, auctis copiis omnibus, pervenit? Id quoque animadvertendum est, hanc eandem summum jus adhibuisse rebus omnibus quæ ad fidem aut ad disciplinam pertinent : hujus judicium exoptant et expetunt Asiani hæretici ; cum hac communionem servari sibi simulat Marcion ; id exoptare pariter videntur et Praxeas et Montanistæ. Fateor Polycratem episcopum, concilio habito, adversus Victorem papam institutam a majoribus celebrandi Pascha diem defendisse. Sed ubi Romanus pontifex Asianos rebellantes anathematizat, severitatis tantum arguitur, non injustitiæ tyrannicæ. Adde quod Origenes Alexandrinus, posteriori tempore, apud Fabianum pontificem maximum ea quæ docebat et scribebat defendit, criminaque diluere tentavit quæ sibi objiciebantur. Quis igitur merito vocaret ignotam et doctrina carentem Ecclesiam cujus auctoritate præcellente tot et tantæ controversiæ diremptæ sunt?

« Illa tamen, ait Christ. Wordsworthius, non erat scientia insignis, quippe quæ nullum haberet aut numeraret virum doctum. » At in hac eadem Romana Ecclesia nonne Justinus martyr eximia opera edidit? Nonne hanc eandem Justini discipulus Tatianus scientiæ præclaræ insignisque doctrinæ laude nobilitavit, cui successit Rhodon, triumpho de Montanistis aliisque egregie factis præclarus? Nonne Romæ decem annos egit, apud Anicetum papam, Hegesippus inter Ecclesiæ historicos primus?

¹ Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, c. XLIII.

Romanos etiam inter fideles degebat Apollonius ille cujus eximiam doctrinam integramque fidem miratur Eusebius. Ille in senatu orationem habuit de veritate quam ab Ecclesia Romana fuerat doctus, nec eam sanguine obsignare dubitavit. Iisdem temporibus, ibidem vigeant Minutius Felix, Caius, vir disputationum peritissimus, Tertullianus, qui quum sacerdotii munera Romæ obiret, libros scripsit optimos, et Hippolytus episcopus, non minimus inter secundi sæculi doctores. Hi omnes Romanam Ecclesiam tunc temporis nobilitavere propria et peculiari gloria. Quæ igitur habebat Justinum, Tatianum, Rhodonem, Hegesippum, Apollonium, Minutium Felicem, Caium, Tertullianum, Hippolytum, eam qua ratione contendit Wordsworthius doctoribus indiguisset? Si qua igitur argumenta Wordsworthius comminiscitur, ut explicet qua ratione de Callisti sceleribus aut erroribus siluerint ecclesiastici scriptores, ea prorsus concidunt, nullo historiæ testimonio confirmata. Nam ex iis quæ supra diximus patet futurum fuisse maxime notum errorem quem pontifex romanus professus esse dicitur.

Nec desunt alii pontifices qui, primis Ecclesiæ sæculis, ab hæreticis, ut Callistus, hæreseos insimulati sunt. Victorem enim papam incusavere Artemonis discipuli quod, acceptis Theodoti opinionibus, fidei integritatem corrupisset. Contra quos scribit Parvi Labyrinthi auctor : « Qua ratione calumniis istis Victorem
« petunt, quum certo sciant ab illo Theodotum coriarium, pri-
« mum hujus hæreseos inventorem, excommunicatum fuisse ;
« nam, si Victor eosdem errores professus fuisset, ut illi insultan-
« tes affirmant, cur eorundem errorum auctorem Theodotum
« idem damnasset ¹? » Paulo post, pontificem Romanum Tertul-
lianus una cum Montanistis et Proculo insectatus est eo quod
legum Christi integritatem et sanctitatem, mœchis aut fornicantibus absolutis, violavisset. Mox contra Marcellinum, Miltiadem,

¹ Eus. *Hist. eccl.* lib. V, c. xxiii.

Marcellum, Sylvestrem, insurgunt Donatistæ, incusantes eos quasi se a pristina fide abdicassent, proditis scripturis, cultisque falsis numinibus.

Uni autem eorum respondens B. Augustinus Hipponensis :
 « Quid opus est, ait, ut episcopis Romanæ Ecclesiæ, quos in-
 « credibilibus calumniis insectatus est Petilianus, objecta ab eo
 « crimina diluamus? Marcellinus et presbyteri ejus, Melchiades,
 « Marcellus et Sylvester, traditionis codicum et thuriferationis ab
 « eo crimine arguuntur. Sed numquid etiam in eo convincun-
 « tur, aut convicti aliqua documentorum firmitate monstrantur?
 « Ipse sceleratos et sacrilegos fuisse dicit : ego innocentes fuisse
 « respondeo. Quid laborem probare defensionem meam, quum
 « ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam ¹? »
 Sic, dum variis accusationibus Romanos pontifices hæretici sem-
 per persequuntur, eosdem acriter defendunt præsules sanctis-
 simi et doctissimi ².

II.

Cæterum, ut apertior ad veritatem aditus fiat, de probris quæ Callisto inferuntur singulis quæstionem instituamus.

Hunc furem et servum fuisse affirmat *Φιλοσοφουμένων* scrip-
 tor; nihilominus, sacerdotem fuisse creatum narrat. Rem sane
 mirandam, quum vetarent pristinae Ecclesiæ leges ne quis servus
 ad clericalem ordinem promoveretur, invito domino. Porro Cal-
 listi dominum, Carpophorum nomine, integritate fidei et pro-
 bitate morum splendentem, laudibus repetitis, extollit delator
 noster. Carpophorus tamen furem furciferum, rem suam, sa-
 cerdotali dignitate permisit decorari, et quem apprime pravum
 noverat, Ecclesiæ Christi consecrari sivit! Si flagitiosus homo
 vocandus est qui falsissimis commendationibus per perfidiam

¹ Conf. B. August. *Epist.* cx.

² Conf. B. Cypriani *Epist.* XLVIII; B. Ambros. *De dign. sacerd.* c. v.

aut socordiam intra domesticos amicorum parietes, sub specie servientis, latronem introducat, quo nomine notandus est vir christianus qui servum, rem suam, furem notum, ad munus sacerdotis extollit! Proinde e duobus unum est eligendum! Aut Carpophorus noxius est, aut innoxius est Callistus: de alterutro certe in errorem inducere nos tentavit *Φιλοσοφουμένων* scriptor.

Sacerdos factus mox idem ille Callistus clericali ordini præpositus est a Zephyrino papa, quo defuncto, Ecclesiam terrarum orbis maximam regendam capessivit, ut noster narrat. At hic notandum est quibus comitiis apud veteres Christianos eligerentur episcopi. Mos solennis erat ut certam sedem nullus pontifex occuparet, nisi ibidem sacerdotio functus, quo morum, fidei, doctrinæque ejus integritatem notiozem haberet populus. Mos ille pro lege postea ita invaluit, ut, ex concilii Eliberini decreto, eadem conditione ad sacerdotium clerici ipsi promoverentur.

Quum convenissent una cum universa plebe sacerdotes, eorum princeps clericos et populum interrogabat quemnam episcopum eligerent. Nominatoque uno, interrogabantur semel, bis et ter an ille tanto munere videretur dignus, datisque suffragiis, sacerdos cujus virtutes publice professi erant episcopus salutabatur. Ea eligendi ratio, in Constitutionibus apostolicis¹, nec non in Tertulliani libris perscripta est. «Præsident, scribit ille, apud nos probati quique seniores honorem istum non pretio sed testimonio adepti².» Sæculo quarto vigeabant eadem comitia, testibus Ambrosio et Augustino: «In ordinationibus eorum, scribit ille, clamant et dicunt: Dignus et justus est³!» Et Hipponensis: «Dignus et justus est dictum est vicies⁴.»

Morem eundem solennem fuisse jam quum viverent Zephyri

¹ Lib. VIII, c. iv.

² Apol. c. xxxix.

³ *De dign. sacerdot.* c. v.

⁴ Ep. cx.

nus et Callistus ex apostolicis Constitutionibus et Tertulliano apparet. Novum rei argumentum præbet B. Cyprianus, qui electionem retulit S. Cornelii papæ, unius e proximis Callisti successoribus : « Factus est autem Cornelius episcopus de Dei et Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis quæ tunc adfuit suffragio, et de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio ¹. »

Sic eVectus ad pontificatûm fuit etiam Fabianus papa, anno 238, decimo sexto postquam Callistus vita functus erat. Refert Eusebius, fidelium concione habita, plurimorum oculos et mentes in aliquot patricos viros inclinavisse, quum res inexpectata omnium suffragia in Fabianum convertit ².

Non solum Romæ sed etiam cæteris in Ecclesiis mos ille adeo vigebat, ut, teste Lampridio, Alexander Severus imperator hunc adhiberet præfectis provinciarum creandis, decreto eodem pauca disserens de modo apud Christianos episcoporum creandorum usurpato ³.

Callisti temporibus, tres saltem episcopi eligendo et consecrando summo pontifici adhibebantur, quod e Nestorii historia compertum habemus. His episcopis adsistebant multi clericalem ordinem adepti : nam Romæ, Cornelii temporibus, quadraginta templis sacra munera obibant totidem sacerdotes, quorum singuli suos habebant acoluthos, lectores, exorcistas, ostiarios, homines confessione publica fidei venerabiles, quorum corpora vulneribus pro fide acceptis fatigabantur, aut cruciatibus quibus

¹ B. Cypriani *Epist.* x.

² Eus. *Hist. eccl.* lib. V.

³ Lampr. *Vit. Alex.* c. XLV : « Ubi aliquos voluisset vel rectores provinciis dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est rationales ordinare, nomina eorum proponerat, hortans populum ut, si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus..... dicebatque..... grave esse quum id Christiani et Judæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non fieri in provinciarum rectoribus, quibus et fortunæ hominum committerentur et capita. »

ad carcerem aut metalla olim damnati, vexati erant, magis in dies debilitabantur. Hac in celeberrima Romana Ecclesia, Callistus jam dudum sacerdos, episcopus salutatur. Cujus fidem, mores, instituta, nemo ignorabat, quum, pontifice Zephyrino, rebus ecclesiasticis præfuisset. Qua virtute mirabili sacerdotum et fidelium gratiam adeo sibi conciliavit, ut Zephyrino successor renuntiaretur, nemine ignorante qua mente ipse esset Ecclesiam rector, quam alio nomine jam dudum rexerat? Nullusne erat dignus competitor? Nonne Hippolytus, Apollonius, Urbanus, doctrina et virtute insignes, publicis suffragiis designabantur? Nonne Tertullianus et Caius, operibus eximiis notissimi viri, plebis studia in se convertere poterant? Quænam est igitur causa cur Callistus, servus, fur, cupiditate, latrociniis, fraudibus infamis, suburbicariis episcopis, scriptoribus aut doctoribus, Hippolyto pontifici dignissimo, Apollonio senatori, scientia et animosa fide nec non generis nobilitate aut dignitate senatoria præstantissimo, anteponeretur? Liberis igitur sacerdotum et plebis suffragiis Callistus, servus, latro, hæreticus, tot illustribus viris prælatus est! Sordidam electionem confirmat episcoporum collegium, a quibus pontifex consecratur! Etenim, conspiciente orbe christiano, Ecclesiæ leges audacter violare ausi sunt, quibus jubebatur hæreticus episcopus de sede deponi; sed, quod stupendum magis est, Christianitas omnis, tunc temporis integerrima, fortissima, fidissima, flagitiosam electionem silentio prætermisit, idque periclitantibus et fide et moribus et doctrina!

Unus *Φιλοσοφουμένων* scriptor, et ille sine nomine, hanc electionem improbat.

Quod si valeat delatoris unici tale testimonium, nulla fides Ecclesiæ Romanæ, episcoporum, sacerdotum, multitudinis universæ Christianorum testimonio, a quibus Callistus electus fuit, est adhibenda. Quem quum eligerent, summo honore fidem,

mores, studiaque ejus apostolica extollebant! Quis igitur judex existat adeo iniquus, qui testis unici, ignoti, ira et odio abrepti, susurro libentius credat, quam solemnī Ecclesiæ totius, sacerdotum et populi testimonio?

Jam quænam sit insimulationum harum origo investigandi provinciam suscipiamus.

Pontificibus Zephyrino et Callisto, multæ hæreticorum sectæ, ab Ecclesia Romana excommunicatæ, ulcisci hanc scilicet injuriam dirissimis odiis turpissimisque calumniis conabantur. Ipse Montanus, quum Romam, comitibus discipulis, venisset, a summo pontifice benigne exceptus, et quum ingenio solerti esset et acri animo, magnum sibi inter Romanos nomen fecit; sed adulationibus assecularum mox corruptus, nimiaque superbia tumens, factiones alere, novas res quærere et dogmata nova docere instituit. Quæ reformidans Zephyrinus pontifex Montanum ejusque discipulos excommunicare festinavit. Inde iræ, inde quasi discissa christiana civitas.

Novatoris partes amplectitur Tertullianus, cujus exemplum multi secuti defectione Ecclesiam affecerunt. Nec deerant qui, quamvis Montani flagitia vituperarent, ejusdem opinionibus adhærerent animo. Nam et quæ ille de pœnitentia, de nuptiis, et christiana sanctitate docebat, ea viris immoderatis valde placebant.

Montanistæ igitur Romanam adversus Ecclesiam vehementer invecti sunt, sacerdotesque in urbe sacris muneribus fungentes impetivere. « Dissolutos esse mores arguebant, exemplique esse « pravissimi, quod episcopus clericorum in numerum bigamos « adscriberet; indignum pœnitentia mulctatos sacerdotes in gratiam redire, sacerdotiumque iterum obire posse, etiam tum « quum culpas omnes suas expiavissent. » His difficillimis temporibus, quum successisset Zephyrino Callistus, velletque sacerdotum famam tueri contra calumniatores, « ad accusationem cle-

«ricorum non nisi idoneos atque omni suspicione carentes testes
 «admitti voluit, et illos qui lapsis et sacerdotibus pœnitentiam
 «agentibus veniam concedi eosque in pristinos honores restitui
 «posse negarent anathemate percussit¹. » Contra decretum
 illud efferebant se multi, maxime Tertullianus, qui, ut opinor,
 notam eidem decreto inurere instituit, quum in libro *De pudicitia*
 se indigne ferre diceret summi pontificis consultum quo
 absolutio mœchis promittatur. Hunc autem librum sub finem
 episcopatus Zephyrini editum fuisse philologi conjiciunt, at ve-
 ritati propior esse videtur, si quis ineunte Callisti pontificatu
 dicat fuisse scriptum. Videbit enim quam mira cognatione inter
 se convenient jacentes probra et noster et Tertullianus.

«Audio, ait Tertullianus, edictum esse propositum, et quidem
 «peremptorium; pontifex scilicet maximus, quod est episcopus
 «episcoporum, edicit: «Ego et mœchiæ et fornicationis delicta
 «pœnitentia functis dimitto.» O edictum cui adscribi non pote-
 «rit; et hoc in Ecclesia legitur, et in Ecclesia pronuntiatur! Absit,
 «absit a sponsa Christi tale præconium. Illa quæ vera est, quæ
 «pudica, quæ sancta, carebit etiam aurium maculis! Non habet
 «quibus hoc repromittat; et, si habuerit, non repromittit; quo-
 «niam et terrenum Dei templum, citius spelunca latronum ap-
 «pellari potuit a Domino, quam mœchorum et fornicatorum². »

Hæc et talia tunc temporis Romæ agitabantur, quum Monta-
 nistæ sententiarum gravium severitatem et pondus catholico-
 rum benignitati opponerent. Sed utra pro parte erat jus, fas,
 fides, religio et christiana traditio? Ille Christi misericordiam,
 quam verbis et exemplo docuit, vituperat. Quam enim ad rem
 spectant quæ narrantur in Evangeliiis de filio prodigo, de ove
 amissa et ad ovile a bono pastore relata? Quid sibi volunt illæ
 de Magdalena, de muliere Samaritana, de femina adultera histo-

¹ Bordini, p. 92. Conf. etiam Bolland. *Vita Callisti*.

² Tertullianus, *De pudicitia*, cap. I.

riæ? Quum ad finem vergeret sæculum secundum, tanta fuerat quorundam audacia, ut aliquot Novi Testamenti codices truncarent, ac delerent quæ ad mulierem adulteram spectabant. Cujus abolitionis causam jam intelligimus! Ferebant indigne Montanistæ, Tertullianistæ, et, sine dubio, *Φιλοσοφουμένων* scriptor, Christum mulieri adulteræ pepercisse.

Errat autem maxime qui Ecclesiam duobus primis sæculis tantæ fuisse severitatis affirmat, ut fornicatoribus et mœchis, instante morte, communionem negaret, vel iis etiam qui totam vitam pœnitentia egerant, quod nullis ex historia depromptis argumentis probari potest. Locum autem transcribimus sancti Cypriani insignem, quo Callisti et cæterorum pontificum benignitas defenditur. « Apud antecessores nostros, ait, quidam de « episcopis isthic in provincia nostra dandam (communionem) « mœchis non putaverunt, et ii totum pœnitentiæ locum contra « adulteria clauserunt. Non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, et catholicæ Ecclesiæ unitatem vel duritiæ vel « censuræ suæ obstinatione ruperunt, ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de Ecclesia separaretur ¹. » Quibus verbis certum fit viros quosdam inter Cypriani antecessores his rationibus usos quas vocat duritiæ aut censuræ obstinationem; sed eos fuisse plurimos aut multos non affirmat, quum quorundam tantum mentionem faciat, eisque gratulatur quod a coepiscoporum suorum collegio non recesserint, nec Ecclesiæ catholicæ unitatem ruperint. Quid igitur censeamus de conviciis quibus Callistus impetitur, nisi ea esse falsa et injusta, pontificem autem Romanum divini Magistri exempla secutum, ea et docuisse et egisse quæ Ecclesiæ jam veteri disciplina in auctoritatem cesserant.

Hæc certe sufficiunt ut ab omni sceleris labe immunis Callistus habeatur. Sed eundem noster insimulat hæreticum fuisse, et

¹ B. Cypr. *Epist.* LII.

ab eo universæ Ecclesiæ fidem fuisse adulteratam. Quæ accusatio nunc ad trutinam vocanda est.

Quicumque philosophicis rebus aut theologicis animum intenderit, illum non fugiet quam facile prava interpretatione deformatur opiniones quæ non solum libris, sed orationibus aut colloquiis expressæ ad res maximas spectant. Si autem hominis alicujus doctrinæ ab homine ei infenso explicantur, quis tali testimonio fidem adhibere audeat? præsertim si dicta tantum proferantur, et illa ad doctrinarum subtilitates pertinentia. Porro Callistus librum scripsit nullum; sed liberius et quasi familiariter apud fideles concionabundus, fidei catholicæ dogmata exponerat. Ipsiusne sermonum interpretem idoneum habebimus virum Callisto infensissimum, et unum quidem et solum cujus testimonio de summi pontificis fide et doctrina iudicium nunc ferendum est?

Ut omnia lucidius appareant, animadvertamus tunc actam esse controversiam de Dei unitate et Patris Filiique consubstantialitate. «Credo, aiebat Zephyrinus, in unum Deum qui passus est in cruce.... Non Pater mortuus est, sed Filius.» Hinc luce lucidius videtur Zephyrinum defendisse Deum unum, personis tribus inter se distinctis, sed consubstantialibus. Quod noster indigne fert: opiniones enim exponit propter quas ditheismi accusatur, sine dubio quia Patrem et Filium divina substantia differre docebat; quo errore videtur imbuta fidei professio, quæ sub finem libri *Φιλοσοφουμένων* legitur.

Sed et alia accusatione auctor noster defendendo Callisto, invitus certe neque de industria, ipse argumenta struit. Dicit enim docuisse Callistum «Patrem et Filium unam esse et eandem spiritualem substantiam; eumque hanc doctrinam adstruxisse istis Christi verbis: «Non credis quia Pater in me est, et ego in Patre?» Sed docebat simul tres divinas hypostases esse distinctas, quod fatetur adversarius. Nam quum

dixisset Callistum a Filio Patrem non discrevisse, et docuisse Patrem una cum Filio fuisse passum, addit: « Eum non expresse docuisse Patrem in cruce passum, aut esse in Deo personam unam. » Habemus tandem confitentem obtrectatorem istum, cujus verbis liquet Callistum nil nisi sanam doctrinam professum esse. In hac enim controversia inter Christianos de consubstantialitate Verbi agebatur; pontifex autem Romanus, unicam esse divinam substantiam, proinde Deum unum confessus, argumentis certis exponebat qua ratione potuisset dicere Christus aut vivens aut moriens, « Pater in me est, et ego in Patre; » sed quum hæc delatoris nostri iram moverent, Callistum increpabat, quasi Patripassianorum erroribus adhæreret Patremque passum esse doceret. Cui accusationi respondens Callistus dicebat, « se, quamvis in unum Deum crederet, personarum tamen trinitatem non negavisse; Filium, non Patrem, in cruce passum. » Confutatis adversarii argumentis, illum probabat in errorem ditheistarum labi, deosque duos, negatione substantiæ unius, profiteri.

Aliæ sunt notæ quibus hæresim suam et ab Ecclesia defectionem ostendit *Φιλοσοφουμένων* auctor. Ille enim, defuncto Callisto, sub pontificatu Urbani, aut Pontiani, aut Fabiani, hæc scribere non dubitavit: « Debemus hæc omnia Callisto isti, cujus schola viget adhuc, et quæ, moribus et traditionibus ejus servatis, non distinguit cum quibus sit communicandum, et cum omnibus communicat. »

His igitur verbis non solum Callistum arguit, sed Romanam Ecclesiam, in qua contendit Callisti doctrinam, mores, traditiones, adhuc vigere; neque solum Ecclesiam hanc insimulavit, sed et orbem universum. Nam omnium fidelium animos, ait, errores Callisti, pravissimi et ubique diffusi, maxime turbaverunt. « Μέγιστον τάραχον κατὰ πάντα τὸν κόσμον ἐν πᾶσι τοῖς πιστοῖς ἐμβάλλοντες. » Ex hoc igitur, teste nostro, impia doctrina quæ

in sede pontificali Romana est orta, per orbem catholicum ruinam intulit; nam pontifice Zephyrino nata, sub Callisto aucta, corruptionis labem magis in dies amplificavit, defunctoque tantæ luis auctore, grassata est. At mirum admodum est quod, quamvis perstiterit tanta pestis et Ecclesiam infecerit universam, a nemine indicata sit, nisi ab uno nostro! Quid inde inferendum, nisi *Φιλοσοφουμένων* auctorem Ecclesiæ universæ infensum fuisse, ab ea manifesto defecisse, et hæreticis esse annumerandum?

N. B. In primo operis libro versionem latinam D. Caroli Delarue exscripsi: nonnullis tantum locis mutatis.

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΜΕΝΑ

Η

ΚΑΤΑ ΠΑΣΩΝ ΑΙΡΕΣΕΩΝ ΕΛΕΓΧΟΣ.

BIBLION A'.

Τάδε ἔνεσιν ⁽¹⁾ ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ κατὰ πασῶν αἰρέσεων ἐλέγχου.

Τίνα τὰ δόξαντα τοῖς φυσικοῖς φιλοσόφοις καὶ τίνες οὗτοι, καὶ τίνα τὰ τοῖς ἠθικοῖς καὶ τίνες οὗτοι, καὶ τίνα τὰ τοῖς διαλεκτικοῖς καὶ τίνες οἱ διαλεκτικοί.

Φυσικοὶ μὲν οὖν Θαλῆς, Πυθαγόρας, Ἐμπεδοκλῆς, Ἡράκλειτος, 5
Ἀναξίμανδρος, Ἀναξίμενης, Ἀναξαγόρας, Ἀρχέλαος, Παρμενίδης,
Λεύκιππος, Δημόκριτος, Ξενοφάνης, Ἐκφάντος, Ἴππων.

PHILOSOPHUMENA

SIVE

OMNIUM HÆRESIUM REFUTATIO.

LIBER PRIMUS.

Hæc continentur in libro primo refutationis contra omnes hæreses.

Quænam placita physicis philosophis, et qui isti; et quænam ethicæ argumenta, et quales ipsi qui ethicam docuerunt; et quæ dialecticæ argumenta, et ipsi quinam dialectici.

Physici : Thales, Pythagoras, Empedocles, Heraclitus, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, Parmenides, Leucippus, Democritus, Xenophanes, Ecphantus, Hippon.

1. Codd. Mediceus et Barberinus habent hanc inscriptionem : Ὠριγένους φιλοσοφουμένων · τάδε ἔνεσιν, etc. cod. Ottobonianus : Ὠριγένους κατὰ πασῶν αἰρέσεων ἐλεγχοί · τάδε ἔνεσιν, etc. ad marginem vero : Ὠριγένους φιλοσοφουμένων. In cod. Taurinensi titulus est : Ὠριγένους πάντιμα τοῦ σοφωτάτου, τάδε ἔνεσιν, etc. — 2. φιλοσόφοις om. Barb. Ott. — 3. τοῖς ἠθικοῖς. . . τοῖς διαλεκτικοῖς Barb.; τῆς ἠθικῆς. . . τῆς διαλεκτικῆς Med. Ott.

Ἠθικοὶ Σωκράτης, Ἀρχελάου μαθητῆς τοῦ φυσικοῦ, Πλάτων Σωκράτου μαθητῆς· οὗτος τὰς τρεῖς φιλοσοφίας ἔμιξεν.

Διαλεκτικοὶ Ἀριστοτέλης Πλάτωνος μαθητῆς· οὗτος τὴν διαλεκτικὴν συνεσήσατο. Στωϊκοὶ δὲ Χρύσιππος, Ζήνων.

5 Ἐπίκουρος δὲ ⁽²⁾ σχεδὸν ἐναντίαν δόξαν πᾶσιν ἐπεχείρησεν. Πύρρων ὁ Ἀκαδήμιος· οὗτος ἀκαταληψίαν τῶν πάντων λέγει. Βραχυμᾶνες οἱ ἐν Ἰνδοῖς, Δρυῖδαι οἱ ἐν Κελτοῖς, καὶ Ἡσίοδος.

10 Οὐδένα μῦθον τῶν παρ' Ἕλλησιν ὠνομασμένων παραιτητέον. Πιστὰ γὰρ καὶ τὰ ἀσύσπαστα αὐτῶν δόγματα ἠγητέον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῶν αἰρετικῶν μανίαν, οἱ διὰ τὸ σιωπᾶν ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄρρητα ἑαυτῶν μυστήρια ἐνομίσθησαν πολλοῖς Θεὸν σέβειν· ὧν καὶ πάλαι μετρίως τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, οὐ κατὰ λεπτὸν ἐπιδείξαντες, ἀλλὰ ἀδρομερῶς ἐλέγξαντες, μηδὲν ἄξιον ἠγησάμενοι τὰ ἄρρητα αὐτῶν εἰς Φῶς ἄγειν, ὅπως, δι' αἰνιγμάτων ἡμῶν ἐκθεμένων

Ethici : Socrates, Archelai physici discipulus, Plato, discipulus Socratis : hic miscuit tres philosophias.

Dialectici : Aristoteles, discipulus Platonis : hic dialecticam in corpus redegit. Stoici vero : Chrysippus, Zenon.

Epicurus autem omnibus pene contrariam opinionem aggressus est. Pyrrhon Academicus. Hic non-apprehensionem omnium dicit. Brachmanes in Indis, Druides in Celtis, et Hesiodus.

Nullam fabulam eorum qui apud Græcos celebrati fuerunt prætermittere oportet. Nam et ipsa illorum placita, quæ consistere nequeunt, pro credibilibus habenda propter immanem hæreticorum insaniam, qui quoniam silent et infanda sua mysteria abscondunt, ab multis iudicati fuerunt Deum colere; quorum strictim exposuimus olim opiniones, non eas demonstrantes subtiliter, sed pinguius crassiusque redarguentes, quum operæ pretium esse nondum putaremus illorum arcana in lucem protrahere, eo consilio, ut quum

2. Σωκράτους Med. — 6. Ἀκαδήμιος Ræperus coll. Philostrat. Vit. Apollon. VII, II, p. 280; Ἀκαδήμιος Barb.; Καδήμιος Med. Ott.; Καδίμιος Taur.; Ἀκαδήμιος Mill.; Ἀκαδημαϊκός Ræp. Philolog. t. VII, p. 513. — Ante l. 8 Προσίμιον præmit-

tit Barb. — 8. Ab initio quædam videntur intercidisse. ὠνομασμένων] ὠνομασμένων φιλοσόφων? Schneidewinus. — 13. μηδὲν ἄξιον] μὴ ἀνάξιον Gronovius; μὴ ἂν ἄξιον Barb. Ottob. Taur.; μὴ ὄν ἄξιον Ræperus.

τὰ δόξαντα αὐτοῖς, αἰσχυνθέντες μήποτε καὶ τὰ ἄρρητα ἐξειπόντες
 ἀθεοὺς ἐπιδείξωμεν, παύσονται τι τῆς ἀλογίστου γνώμης καὶ ἀθε-
 μίτου ἐπιχειρήσεως. Ἄλλ' ἐπεὶ ὄρω μὴ δυσωπούμενους αὐτοὺς τὴν
 ἡμετέραν ἐπιείκειαν μηδὲ λογιζομένους, ὡς Θεὸς μακροθυμεῖ ὑπ' αὐ-
 τῶν βλασφημούμενος, ὅπως ἢ αἰδεσθέντες μετανοήσωσιν ἢ ἐπιμεί- 5
 ναντες δικαίως κριθῶσι, βιασθεὶς πρὸς αὐτῶν δείξων τὰ ἀπόρρητα
 μυστήρια, ἃ τοῖς μουμένοις μετὰ μεγάλης ἀξιοπιστίας παραδίδου-
 σιν, οὐ πρότερον ὁμολογήσαντες, εἰ μὴ τὸν τοιοῦτου δουλῶσονται
 χρόνῳ ἀνακρεμάσαντες καὶ βλάσφημον πρὸς τὸν ὄντως Θεὸν κατα-
 σκευάσαντες καὶ περιεργία γλιχόμενον τῆς ἐπαγγελίας ἴδωσι. Καὶ 10
 τότε δοκιμάσαντες δέσμιον εἶναι τῆς ἀμαρτίας μουῦσι⁽³⁾, τὸ τέλειον
 τῶν κακῶν παραδιδόντες, ὅρκους δῆσαντες μήτε ἐξειπεῖν μήτε τῷ
 τυχόντι μεταδοῦναι, εἰ μὴ ὁμοίως δουλωθῆι· οὐ μόνον παραδοθέν-
 τος οὐκ ἔτι ὅρκος ἀναγκαῖος ἦν. Ὁ γὰρ ὑπομείνας μαθεῖν καὶ παρα-

nos per ænigmata exposuissemus placita ipsis, erubescences ne fortassis etiam
 ipsorum arcana effati demonstrarem esse atheos, a contraria rationi sen-
 tentia profanoque paulum desisterent instituto. Sed quoniam animadverto
 æquitate et modestia nostra nihil eos commoveri, nec considerare quemad-
 modum Deus patienter obduret nefariis per eos laceratus dicteris, ut aut
 pudore suffusi animum mutent, aut obstinate persistentes justo subjiciantur
 iudicio, compulsus procedo ad arcana illorum mysteria denudanda, quæ, cum
 magna fidei persuasione, illis qui initiantur tradunt; non ante committen-
 tes cuiquam illa, nisi suspensio detentum aliquandiu animo serviliter subege-
 rint, contumeliosumque erga verum Deum reddiderint, et eum viderint præ
 curiositate vehementi desiderio rei promissæ teneri; denique exploratum
 habentes eum peccati vinculis esse constrictum, in consortium adsciscunt,
 summam perfectionem malorum tradentes. Neque tamen huc deveniunt
 prius quam jurisjurandi insuper fide obstrinxerint se prolaturum neuti-
 quam, neque cuilibet communicaturum, nisi eandem subierint servitutem;
 quanquam percepta tantummodo doctrina nihil porro jurejurando opus erat.
 Qui enim sustinuit discere et suscipere maxima eorum mysteria, ex ipsa re

2-3. τῆς ἀθεμίτου γνώμης καὶ ἀλόγου Ott.; περιεργίαν Wolfius.— 11. δεόμενον
 ἐπιχειρήσεως Taurin. — 4. μήτε vulgo; Med. — 12. μήτε Med.; τότε Barb. Ott.
 emend. Schneid. — 9. χρόνον Med. — — 13 μόνον Ræp.; μόνου vulgo Schneid.
 10. περιεργία Taur.; περιεργία Barb. — 14. μαθεῖν Ræp.; παθεῖν] vulgo.

λαβεῖν τὰ τέλεια αὐτῶν μυστήρια ἱκανῶς αὐτῷ τῷ ἔργῳ πρὸς τε τὴν ἰδίαν συνείδησιν καὶ πρὸς τὸ ἑτέροις μὴ ἐξείπειν ἔσθαι δεδεμένος. Εἰ γὰρ ἐξείποι τινὲ ἀνθρώπων τὸ τοιοῦτον ἀνόμημα, οὔτε ἐν ἀνθρώποις λογισθήσεται οὔτε τὸ φῶς ὁρᾶν ἄξιος ἡγηθήσεται, εἰ καὶ
 5 ἄλογα ὄντα τοιοῦτον ἀνόμημα οὐκ ἐπιχειρεῖ, καθὼς ἐν τοῖς τόποις γενόμενοι ἐροῦμεν. Ἄλλ' ἐπεὶ ἀναγκάζει ἡμᾶς ὁ λόγος εἰς μέγαν βυθὸν διηγήσεως ἐπιβῆναι, οὐχ ἡγούμεθα σιγαῖν, ἀλλὰ τὰ πάντων δόγματα κατὰ λεπτὸν ἐκθέμενοι οὐδὲν σιωπήσομεν. Δοκεῖ δὲ, εἰ καὶ μακρότερος ἔσθαι λόγος, μὴ καμεῖν. Οὐδὲ γὰρ μικρὰν τινα βοήθειαν
 10 τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ καταλείψομεν πρὸς τὸ μηκέτι πλανᾶσθαι, φανερώς πάντων ὁρώντων τὰ κρύφια αὐτῶν καὶ ἄρρητα ὄργια, ἀταμιευόμενοι μόνοις τοῖς μύσταις παραδιδόασιν. Ταῦτα δὲ ἕτερος οὐκ ἐλέγξει, ἢ τὸ ἐν Ἐκκλησίᾳ παραδοθὲν Ἅγιον Πνεῦμα, οὗ τυχόντες πρότεροι οἱ ἀπόστολοι μετέδοσαν τοῖς ὀρθῶς πεπιστευκόσιν· ὧν
 15 ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι

tenebitur satis efficaci constrictus vinculo, quum ratione propriæ conscientiæ; tum ne commissa prodat aliis. Nam ejusmodi nefas si cuiquam aperiat homini, neque inter homines ille numerabitur, neque lucis adspectu dignus judicabitur; quum nec bestiæ tam nefarium facinus capiant, prout suis locis dicemus. Quandoquidem vero ipse nos sermo in vastum enarrationis profundum cogit descendere, minime ideo silendum duximus; sed omnium opinionibus, quam fieri potest, accurate enucleateque expositis, nihil reticebimus. At vero etiam licet ipse sermo prolixior futurus sit, non videtur delassatum nos iri. Non enim exiguum vitæ hominum relinquemus adminiculum ad effugiendos errores, abditis eorum et silentio damnatis orgiis omnium adspectui prostitutis, quæ dispensantes solis conferunt illis qui iniantur. Nec ea refellet ullus, præterquam diffusus per Ecclesiam Spiritus Sanctus, quem priores apostoli adepti eundem recta fide præditis imperitare. Quorum nos successores facti, et ejus doni consortes, summique sacerdotii, et doctrinæ et Ecclesiæ custodes habiti, oculo non connivemus,

1. ἱκανὸν Barb. Taur.; ἱκανὰ Ott. — ὅτι: Sancroftus in collatione sua a Wolfio 4. ἀ καὶ vulgo; εἰ καὶ Schneid.; εἰ Ræp.; laudata. — 7. ἐμβῆναι vel ἀναβῆναι Ræp.

οὐκ ὀφθαλμῷ νυστάζομεν, οὐδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν, ἀλλ' οὐδὲ πᾶση ψυχῇ καὶ σώματι ἐργαζόμενοι κάμνομεν ἄξια ἀξίως Θεῷ τῷ εὐεργέτῃ ἀνταποδιδόναι πειρώμενοι, καὶ οὐδὲ οὕτως κατ' ⁽⁴⁾ ἄξιαν ἀνταμειβόμενοι, πλὴν ἐν οἷς πεπιστεύμεθα μὴ ἀτονοῦντες, ἀλλὰ τοῦ ἰδίου καιροῦ τὰ μέτρα ἐπιτελοῦντες, καὶ ὅσα παρέξει τὸ Ἅγιον 5 Πνεῦμα πᾶσιν ἀφθόνως κοινωνοῦντες· οὐ μόνον ἀλλότρια δι' ἐλέγχου εἰς φανερόν ἄγοντες, ἀλλὰ καὶ ὅσα ἢ ἀλήθεια ὑπὸ τῆς τοῦ Πατρὸς χάριτος παραλαβοῦσα ἀνθρώποις διηκόνησε, ταῦτα καὶ διὰ λόγου σημειούμενοι καὶ διὰ γραμμάτων ἐμμάρτυρα ποιοούμενοι ἀνεπισχύντως κηρύσσομεν. Ἴνα οὖν, καθὼς φθάσαντες εἶπομεν, ἀθέους αὐ- 10 τοὺς ἐπιδείξωμεν καὶ κατὰ γνώμην καὶ κατὰ τρόπον καὶ κατὰ ἔργον, ὅθεν τε τὰ ἐπιχειρήματα αὐτοῖς γεγένηται, καὶ ὅτι μηθὲν ἐξ ἁγίων γραφῶν λαβόντες ταῦτα ἐπεχείρησαν, ἢ τινος ἁγίου διαδοχὴν φυλάξαντες ἐπὶ ταῦτα ὥρμησαν, ἀλλ' ἔσθιν αὐτοῖς τὰ δοξαζόμενα ἀρχὴν

nec ullam proposito inservientem orationem supprimimus; sed neque universis animi et corporis viribus laborantes defetiscimus, dignam digne Deo benefico gratiam referre conantes, nec sic tamen æqua vice compensantes, nisi quod neutiquam in iis remittamus, quæ nobis sunt credita, sed exsequamur cujusque temporis officia, et quæcumque suppeditat S. Spiritus, ea sine livore eum omnibus communicemus; nec aliena tantum in apertum producentes redarguendo; sed etiam quæcumque veritas a Patris benignitate adepta distribuit mortalibus, illa tum sermone, tum per tabulas velut testimoniis consignantes sine rubore deprædicemus. Ut igitur, quemadmodum indicavimus antea, quum eorum quæ sentiunt, tum vitæ et factorum ratione demonstramus illos atheos; et unde hæc eorum profecta sint molimina, utque nihil eorum ex sacris haustum literis apprehenderint, aut alicujus sancti propagationem observantes ad ea aggressi sint: verum ea quæ statuunt

1. νυστάζομεν Richter. *Observat. crit.* p. 77; νυστάζομεν vulgo; λόγον ὀρθὸν Barb.; λόγου ὀρθου Ottob. Taur.; λόγου ὀρθάνῳ Ræp. — 4. ἀνταμειβόμενοι Sanctroftus; ἀναμειβόμενοι Gron.; ἀμειβόμενοι B. O. T. — 6-7. ἐλεγχον M.; φανερόν] φορᾶν T. — 7. τοῦ πνεύματος T. — 9. ἐμ-

μάρτυρα ποιοούμενοι Sanctroft.; ἐμμάρτυρα σημειούμενοι vulgo; ἐμμάρτυρησάμενοι Morus, cf. Ræp. p. 515 sq. — 10. καθὰπερ φθάτες Med. — 14. ἀρχὴν μὲν cf. Ræper. p. 516; qui pro ἀρχὴν μὲν vestigiis codd. ἀφορμὴν commendari arbitratur.

μέν ἐκ τῆς Ἑλλήνων σοφίας λαβόντα, ἐκ δογμάτων φιλοσοφουμέ-
 νων καὶ μυστηρίων ἐπιχειρημένων καὶ ἀστρολόγων ῥεμβομένων·
 δοκεῖ οὖν πρότερον ἐκθεμένους τὰ δόξαντα τοῖς τῶν Ἑλλήνων φιλο-
 σόφοις ἐπιδειῖξαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄντα τούτων παλαιότερα καὶ
 5 πρὸς τὸ θεῖον σεμνότερα· ἔπειτα συμβαλεῖν ἐκάστην αἵρεσιν ἐκά-
 στω, ὡς τούτοις τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐπιβαλόμενος ὁ πρωτοστάτης
 τῆς αἵρέσεως ἐπλεονέκτησε λαβόμενος τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐκ τούτων ἐπὶ
 τὰ χείρονα ὀρμηθεὶς δόγμα συνεσίησατο. Ἔστι μὲν οὖν πόνου με-
 σίτην τὸ ἐπιχειρούμενον καὶ πολλῆς δεόμενον ἰστορίας· ἀλλὰ οὐκ
 10 ἐνδεήσομεν· ὑψίτερον γὰρ εὐφρανεῖ ὡς ἀθλητὴν μετὰ πολλοῦ πόνου
 σιεφάνου τυχόντα, ἢ ἔμπορον μετὰ μέγαν θαλάσσης σάλον κερδά-
 ναντα, ἢ γεωργὸν μετὰ ἰδρώτα προσώπου καρπῶν ἀπολαύσαντα, ἢ
 προφήτην μετὰ ὄνειδισμοῦ καὶ ὕβρεις ὄρωντα τὰ λαληθέντα ἀπο-
 βαίνοντα. Ἀρξάμενοι τοίνυν ⁽⁵⁾ ἐροῦμεν, τίνες οἱ παρ' Ἑλλήσι πρῶτον
 15 φιλοσοφίαν φυσικὴν ἐπιδείξαντες. Τούτων γὰρ μάλιστα γεγέννηται
 κληψίλογοι οἱ τῶν αἵρέσεων πρωτοστάτησαντες, ὡς μετέπειτα ἐν τῇ

principium quidem nacta fuerint ex Græcorum sapientia, ex dogmatibus
 philosophicis, et mysteriis abstrusis, et circumerrantibus astrologis. Propterea
 videtur consentaneum ut, philosophorum apud Græcos sententiis primum
 expositis, ostendamus lectoribus ea quæ illis fuerunt antiquiora et au-
 gustiora ad divinitatis rationem; deinde ut singulas sectas cum aliquo eo-
 rum comparemus, ut pateat quemadmodum auctor et signifer cujusque
 sectæ hæc instrumenta apprehendens invaluerit exordia nactus, et inde ad
 pejora delatus stabiliverit opinionem. Est quidem igitur quod aggredimur
 plenum laboris, multamque notitiam et inquisitionem requirens. Verum
 nequaquam deerimus: nam posthac exhilarabit, perinde ut athletam cum
 magno labore coronam adeptum, aut mercatorem post ingentem maris
 jactationem lucris beatum, aut agricolam post vultus sudorem fructibus
 perfruentem, aut denique prophetam post exprobrationes et contumelias
 prædicta impleri videntem. Principio igitur dicemus qui primi apud Græcos
 philosophiam physicam docuerint. Horum enim maxime verba furati sunt isti
 hæresium conditores, ut postea, quum eos invicem inter se comparabimus.

6. ἐπιβαλόμενος Ræp.; ἐπιλαβόμενος σλατήσας Med. — 7. λαβόμενος] λαβὼν?
 vulgo. — πρωτοστάτης Barb. Ott.; πρωτο- Schneid. — καὶ om. Gronovius.

πρὸς ἀλλήλους συμβολῆ ἐπιδείξομεν. Ἐκάστω δὲ τῶν προαρξαμένων τὰ ἴδια ἀποδιδόντες γυμνοὺς καὶ ἀσχήμονας τοὺς αἰρεσιάρχας παρασίσσομεν.

α'. Θαλῆς.

Λέγεται Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ἓνα τῶν ἑπτὰ σοφῶν πρῶτον ἐπι-
 χειρηκέναι φιλοσοφίαν φυσικὴν. Οὗτος ἔφη ἀρχὴν τοῦ παντὸς 5
 εἶναι καὶ τέλος τὸ ὕδωρ. Ἐκ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα συνίστασθαι πη-
 γνυμένου καὶ πάλιν διανιεμένου, ἐπιφέρεισθαι τε αὐτῷ τὰ πάντα,
 ἀφ' οὗ καὶ σεισμοὺς καὶ πνευμάτων σίροφας καὶ ἀέρων κινήσεις·
 καὶ τὰ πάντα φύεσθαι τε καὶ ρεῖν τῇ τοῦ πρῶτου ἀρχηγοῦ τῆς
 γενέσεως αὐτῶν φύσει συμφερόμενα. Θεῖον δὲ τοῦτο εἶναι, τὸ μὴτ' 10
 ἀρχὴν μῆτε τελευτὴν ἔχον. Οὗτος περὶ τὸν τῶν ἄστρων λόγον καὶ
 τὴν ζήτησιν ἀσχοληθεὶς Ἕλλησι ταύτης τῆς μαθήσεως αἴτιος πρῶ-
 τος γίγνεται, ὃς ἀποβλέπων πρὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἄνω ἐπιμελῶς
 κατανοεῖν λέγων εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν ἐγγελῶσά τις Θεραπαινίς,

ostendemus. Doctrinae principum cuique sua reddentes, nudos et turpes hæresiarchas exhibebimus.

I. DE THALETE.

Thalem Milesium unum e septem sapientibus philosophiæ physicæ principem manus admovisse dicitur. Hic aquam universi initium et finem statuit. Constare namque ex hac densata vel rursus extenuata, et in ea ferri omnia. Cujus ope etiam tremores ventorumque conversiones et aeris commotiones, omnia denique gigni ac fluere, simul cum natura primi auctoris originis eorum volitantia. Deum vero illud esse, quod caret principio et fine. Idem incumbens quum explicationi tum perscrutationi astrorum primus exstitit Græcis hujus auctor disciplinæ. Ita sublatis in cælum oculis, superiora se diligenter considerare jactans, decidit in puteum; eumque deridens quædam

3-3. παρασίσσομεν Wolf.; προσλήσο-
 μεν vulgo. — CAP. I, 1. 5. τὴν ἀρχὴν Barb.
 — 6. τὸ ὕδωρ vulgo. — 8. ἀέρων vulgo;
 ἀστρων Ræp. — 9. φύεσθαι vulgo; φέρε-
 σθαι Ræp. — 10. Θεῖον] Θεὸν vulgo; cf.

Clem. Alex. Strom. V, p. 594 D sqq. Syll.
 τί ἐστὶ τὸ Θεῖον; τὸ μῆτε ἀρχὴν, ἔφη,
 μῆτε τέλος ἔχον, et *Kritische Forschung auf
 dem Gebiete der alten Philos.* 1, 38 sqq.
 Schneid. — 14. ὃν] ᾧ Wolf.; ὅτ' Ræp.

Θραῦτα τοῦνομα, ἔφη· τὰ ἐν οὐρανῷ προθυμούμενος εἰδέναι τὰ ἐν
 ποσσὶν οὐκ οἶδεν. Ἐγένετο δὲ κατὰ Κροῖσον.

β'. Πυθαγόρας.

Ἔσι δὲ καὶ ἑτέρα φιλοσοφία οὐ μακρὰν τῶν αὐτῶν ⁽⁶⁾ χρόνων, ἧς
 ἤρξε Πυθαγόρας, ὃν Σάμιόν τινες λέγουσιν· ἢ Ἰταλικὴν προσηγό-
 5 ρευσαν διὰ τὸ τὸν Πυθαγόραν φεύγοντα Πολυκράτην τὸν Σάμιον
 τύραννον οἰκῆσαι πόλιν τῆς Ἰταλίας κάκει τὸν βίον πληρῶσαι. Οὐ
 τὴν αἴρεσιν οἱ διαδεξάμενοι οὐ πολὺ διήνεγκαν τοῦ αὐτοῦ φρονή-
 ματος. Καὶ αὐτὸς δὲ περὶ φυσικῶν ζητήσας ἔμιξεν ἀστρονομίαν καὶ
 γεωμετρίαν καὶ μουσικὴν [καὶ ἀριθμητικὴν]. Καὶ οὕτως μονάδα
 10 μὲν εἶναι ἀπεφῆνατο τὸν Θεόν, ἀριθμοῦ δὲ φύσιν περιέργως κατα-
 μαθῶν μελωδεῖν ἔφη τὸν κόσμον καὶ ἀρμονίαν συγκεῖσθαι, καὶ τῶν
 ἐπὶ τὰ ἀστέρων πρῶτος τὴν κίνησιν εἰς ῥυθμὸν καὶ μέλος ἤγαγεν.
 Θαυμάσας δὲ τὴν διοίκησιν τῶν ὄλων ἠξίωσε τὰ πρῶτα σιγαῦν τοὺς

famula, Thratta nomine : quæ in cælo sunt, inquit, scire gestientem, eorum
 quæ ante pedes sunt notitia fugit. Circa ætatem vero Cræsi vixit.

II. DE PYTHAGORA.

Est autem et alia non procul ab iisdem temporibus remota philosophia, cu-
 jus auctor Pythagoras, quem prædicant aliqui Samium. Eam Italicam appel-
 laverunt, eo quod Samium tyrannum Polycratem fugiens, Italica in urbe ha-
 bitaverit Pythagoras, ibique vitam expleverit. Cujus sectam qui exceperunt,
 ab eadem sententia non longe abiverunt. Hic igitur physica cum indagavisset,
 astronomiam et geometriam et musicam et arithmetica miscuit. Et sic unita-
 tem quidem affirmavit esse Deum : ac numeri curiose perdiscens naturam,
 mundum dixit melos canere, et cum harmonia sive concentu comparatum
 esse, siderum quoque septem motum in rhythmum et cantum primus adduxit,
 machinæque hujus universæ admiratus administrationem, in primo voluit

1. εἰδέναι Ræper. coll. Plat. Theat. quem conf. p. 520 sqq. — 11. ἀρμονία] p. 174 A; ἰδεῖν vulgo. — CAP. 11, l. 5-6. καθ' ἀρμονίαν Ræper. quem vide, p. 521. Σαμίων? Ræper. — 8. περὶ φύσεως Barb. — 12. ἀστέρων Med. Deinde ἀνήγαγεν — 9. καὶ ἀριθμητικὴν addidit Ræper. Ræper.

μαθητὰς, οἷονεὶ μύστας τοῦ παντὸς εἰς τὸν κόσμον ἤκοντας· εἶτα ἐπειδὴν αὐτοῖς ἱκανῶς παιδείας τῆς τῶν λόγων δόξῃ μετεῖναι καὶ δυνατῶς περὶ ἀσίων καὶ φύσεως φιλοσοφήσωσι, καθαρὸς κρίνας τότε κελεύει φθέγγεσθαι. Οὗτος τοὺς μαθητὰς διεῖλε καὶ τοὺς μὲν ἐσωτερικοὺς, τοὺς δὲ ἐξωτερικοὺς ἐκάλεσεν. [Ὡν] τοῖς μὲν τὰ τελεώ- 5
τερα μαθήματα ἐπίστευε, τοῖς δὲ τὰ μετριώτερα· ἐφήψατο δὲ καὶ μαγικῆς, ὡς φασί, καὶ φυσιογονικὴν αὐτὸς ἐξεῦρεν ἀριθμοὺς τινας καὶ μέτρα ὑποθέμενος, λέγων τὴν ἀρχὴν τῆς ἀριθμητικῆς φιλοσοφίαν κατὰ σύνθεσιν περιέχειν τόνδε τὸν τρόπον. Ἀριθμὸς γέγονε πρῶτος ἀρχή, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀόριστον, ἀκατάληπτον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ 10
πάντας τοὺς ἐπ' ἀπειρον δυναμένους ἐλθεῖν ἀριθμοὺς κατὰ τὸ πλῆθος. Τῶν δὲ ἀριθμῶν ἀρχὴ γέγονε καθ' ὑπόθεσιν ἢ πρώτη μονάς, ἣτις ἐστὶ μονὰς ἄρσην γεννώσα πατρικῶς πάντας τοὺς ἄλλους ἀριθμοὺς. Δεύτερον ἢ δυὰς Θῆλος ἀριθμός, ὃ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος⁽⁷⁾ ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν καλεῖται. Τρίτον ἢ τριάς ἀριθμὸς ἄρσην, οὗτος καὶ πε- 15

discipulos silere, quippe qui sacerdotes et mystæ hujus universi venissent in mundum; deinde quum eorum quæ doctrinas continent institutione satis expositos, deque astris et natura jam idonea facultate philosophandi instructos senserat, tunc demum purgatos existimans, faciebat eis loquendi potestatem. Hic facta discipulorum distinctione interiores quosdam, exteriores alios nuncupavit; quippe illis perfectiora, tenuiora autem his præcepta credebat. Quin et magicam, ut aiunt, artem attigit: et ipse supponens numeros quosdam et mensuras, adinvenit naturæ fœcundam generationem, dicens arithmeticae philosophiæ principium per connexionem circumplecti hanc rationem. Numerus exstitit primus principium, quod est unum, indefinitum, incomprehensum, omnes qui multitudine in infinitum possunt crescere, numeros in se complexum. Prima vero unitas per suppositionem fuit principium numerorum, quæ est unitas mascula, patrio more procreans numeros omnes reliquos. Hanc sequitur numerus binarius femina; hic vero ipse ab arithmeti- cis appellatur etiam par et integer. Ordine tertius succedit ternarius virilis;

5. ἐκάλεσεν, τοῖς δὲ vulgo; legendum est; [Ὡν] τοῖς μὲν. — 7. φυσιογονικὴν vulgo; φυσιογνωμονικὴν Barb.; cf. Ræp. p. 621 sqq. αὐτὸς] πρῶτος? Ræp.; πρῶτος αὐτὸς? Schneid. — 8-9. φιλοσοφίας

vulgo; φιλοσοφίαν Schneid. — 10. ἐστὶν ἐν, ἀόριστος, ἀκατάληπτος vulgo. Sententia poscebat neutra; ἐν delevit Schneid. — 12. ὑπόστασιν codd.; ὑπόθεσιν vulgo ex Med.

ρισσὸς ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν νενομοθέτηται καλεῖσθαι. Ἐπὶ πᾶσι δὲ
 τούτοις ἡ τετρὰς Φηλὺς ἀριθμὸς, ὃ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρτιος καλεῖται ὅτι
 Φηλὺς ἐστίν. Γεγόνασιν οὖν οἱ πάντες ἀριθμοὶ ληφθέντες ἀπὸ γέ-
 νους τέσσαρες (ἀριθμὸς δ' ἦν τὸ γένος ἀόριστος), ἀφ' ὧν ὁ τέλειος
 5 αὐτοῖς συνέστηκεν ἀριθμὸς ἡ δεκάς. Τὸ γὰρ ἕν, δύο, τρία, τέσσαρα
 γίνεται δέκα, ἐὰν ἐκάστω τῶν ἀριθμῶν φυλάσσηται κατ' οὐσίαν τὸ
 οἰκεῖον ὄνομα. Ταύτην ὁ Πυθαγόρας ἔφη ἱερὰν τετρακτύν, πηγὴν
 ἀεννάου φύσεως ριζώματα ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ
 ἀριθμοῦ πάντας ἔχειν τοὺς ἀριθμοὺς τὴν ἀρχὴν· ὃ γὰρ ἑνδεκα καὶ ὃ
 10 δώδεκα καὶ οἱ λοιποὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐκ τοῦ δέκα μετέχουσι. Ταύ-
 τῆς τῆς δεκάδος, τοῦ τελείου ἀριθμοῦ, τὰ τέσσαρα καλεῖται μέρη
 ἀριθμὸς, μονάς, δύναμις, κύβος. Ὡν καὶ ἐπιπλοκαὶ καὶ μίξεις πρὸς
 γένεσιν αὐξήσεως γίνονται, κατὰ φύσιν τὸν γόνιμον ἀριθμὸν ἀπο-
 τελοῦσαι· ὅταν γὰρ δύναμις αὐτῇ ἐφ' ἑαυτὴν κυβισθῇ, γέγονε δυνα-

cui etiam imparis nomen arithmeticon lege fuit impositum. Agmen deni-
 que cogit numerus quaternarius, quum muliebris, tum et ipse par appellatus,
 eo quod est e statu femineo. Universi igitur ab origine et genere sumti nu-
 meri (indeterminatus quippe numerus erat genus) computantur quatuor.
 Coaluit ex his denarius perfectus numerus. Unum namque, duo, tria, qua-
 tuor, modo ratione substantiæ et proprietatis domesticam unicuique nume-
 rorum servaveris appellationem, conficiunt decem. Hic ille, quem sacrum
 Pythagoras nominavit quaternionem, perennis naturæ fontem, ipsas utpote
 in se radices continentem, et ex hoc numero numeros omnes principium
 adeptos. Etenim undecim, duodecim et cæteri consequuntur e numero de-
 nario essentiæ suæ principium. Hujus qui perfectus est numerus, decadis,
 quatuor appellantur partes, numerus, unitas, potestas et cubus. Eæque pro-
 ducendi incrementi causa fœcundum propagantes numerum, congruo na-
 turæ modo inter se connectuntur et permiscuntur. Quum enim dynamis se

1. ἀριθμῶν Barb. Ottob.; νενομοθέτη-
 ται vulgo. — 3. Infra, lib. IV, c. vi, ἀπὸ
 τοῦ γένους. — 4. ἀόριστον vulgo; cf. infra,
 lib. IV, c. vi. — τέλειος] τρίτος Barb. — 7-
 8. πηγὴν ἀεννάου φύσεως] ἀένναον φύσιν
 Taur. De scriptura ἀένναος, posterioris
 ætatis scriptoribus familiari, dixit Lehrsius

in Jahnii Annalibus, ann. 1828, Schneid.;
 φύσεως ὡς vulgo; cf. infra, lib. IV, c. vi.
 — 12. ἀριθμὸς, μονάς] Ræpero, p. 531,
 ordo verborum ita mutandus videtur: μο-
 νάς, ἀριθμὸς. — 14. αὐτῇ] αὐτὴν vulgo;
 αὐτὴν Salvin.; cf. lib. IV, c. vi. — κυβισθῇ
 Ræp.; κυβισθῆ vulgo; l. c. κυβισθήσεται.

μοδύναμις· ὅταν δὲ δύναμις ἐπὶ κύβον, γέγονε δυναμόκυβος· ὅταν δὲ κύβος ἐπὶ κύβον, γέγονε κυβόκυβος· ὡς γίνεσθαι τοὺς πάντας ἀριθμούς, ἐξ ὧν ἢ τῶν γινομένων γένεσις γίνεται, ἐπὶ ἅ· ἀριθμὸν, μονάδα, δύναμιν, κύβον, δυναμοδύναμιν, δυναμόκυβον, κυβόκυβον.

Οὗτος καὶ ψυχὴν ἀθάνατον εἶπε καὶ μετενσωμάτωσιν· διὸ ἔλεγεν 5
 ἑαυτὸν πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Αἰθαλίδην γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς Τρωϊκοῖς Εὐφορβον, μετὰ δὲ ταῦτα Ἐρμότιμον Σάμιον, μεθ' ὃν Πύρρον Δῆλιον, πέμπτον Πυθαγόραν. Διδώωρος δὲ ὁ Ἐρετριεὺς καὶ Ἀριστόξενος ⁽⁸⁾ ὁ μουσικὸς Φασι πρὸς Ζαράταν τὸν Χαλδαῖον ἐλληλυθέναι Πυθαγόραν· τὸν δὲ ἐκθέσθαι αὐτῷ δύο εἶναι ἀπ' ἀρχῆς τοῖς οὖσιν 10
 αἰτία, πατέρα καὶ μητέρα· καὶ πατέρα μὲν Φῶς, μητέρα δὲ σκότος, τοῦ δὲ φωτὸς μέρη Θερμόν, Ξηρόν, κοῦφον, ταχύ· τοῦ δὲ σκότους ψυχρόν, ὑγρόν, βαρύ, βραδύ· ἐκ δὲ τούτων πάντα τὸν κόσμον συνεστιάσαι, ἐκ Φηλείας καὶ ἄρρενος. Εἶναι δὲ τὸν κόσμον φύσιν κατὰ

ipsam sibi involvit, producitur dynamodynamis, editurque connexa cum cubo dynami dynamocubus; si permisceantur inter se cubi, cubocubum gignunt. Hinc universi numeri, ex quibus res quæ sunt proseminantur, septem comperiuntur, numerus, unitas, dynamis, cubus, dynamodynamis, dynamocubus, cubocubus.

Docuit hic quoque animæ immortalitatem, et demigrationem in corpora alia; adeoque se fuisse Æthaliden quidem ante Trojana dixit tempora, in illis vero Euphorbum, post illa Hermotimum Samium, deinde Pyrrhum Delium, quintum ordine Pythagoram. Diodorus autem Eretriensis et Aristoxenus musicus ad Zaratam Chaldæum accessisse Pythagoram commemorant; hunc vero exposuisse illi, duas rebus a primordio causas esse, patrem videlicet et matrem: et patrem quidem lucem, matrem vero caliginem: lucis autem esse partes calidum, siccum, leve, velox; caliginis vero frigidum, humidum, grave, tardum: jam totum ex his adeoque ex femineo ac masculo constare mundum; mundum autem esse naturam secundum musicam harmoniam.

1. γέγονε δυναμόκυβος; κύβον in codd. omissa restituimus ex lib. IV, c. vi, qualia fere jam Wolfius desideravit. Schneid. — 3-4. ἀριθμὸν, μονάδα]; cf. Ræp. p. 531. — 6. Θαλλίδην vulgo; sed legendum Αἰθαλ-

λίδην, quod ex Laertii lib. VIII, sect. 4, et al. evincitur. — 8. De Diodoro Eretriensi cf. Ræp. p. 532-535. — 13. πάντα Ræper.; πάντων vulgo. — 14. Φησίον καὶ Med. Mill.; τὴν κόσμου φύσιν καὶ Ræper.

μουσικὴν ἄρμονίαν, διὸ καὶ τὸν ἥλιον ποιεῖσθαι τὴν περιόδον ἐναρμόνιον. Περὶ δὲ τῶν ἐκ γῆς καὶ κόσμου γινομένων τάδε Φασὶ λέγειν τὸν Ζαράταν· δύο δαίμονας εἶναι, τὸν μὲν οὐράνιον, τὸν δὲ χθόνιον· καὶ τὸν μὲν χθόνιου ἀνιέναι τὴν γένεσιν ἐκ τῆς γῆς· εἶναι δὲ ὕδωρ·
 omnino in aliquo tempore hoc spatium conficiat oportet. Jam hoc ignorantes
 Chaldæi, nempe quanto tempore hoc fiat, nunquam perfecte comprehen-
 dent conceptum. Nam, quum semen quidem aliquando recta jaciatur et in

2. ἀσίατος cod.; Sextus habet: τοίνυν
 ἀσύσιατός ἐστιν ἢ τῶν Χαλδαϊκῶν μέθο-
 δος· λέγωμεν δὲ περὶ τοῦ πρώτου πρῶ-
 του. Τὴν δὲ γένεσιν. — Δεῖ τὴν cod. Mill.
 — 4. ἦν supplevi. — 6. ἀκατάληπτος

Sextus. — 8. θέσει Sextus: an καταθέ-
 σει? Schneid. — 13. ἰατρῶν παῖδες Sext.;
 ἀνύειν] ποιεῖν Sextus. — 14. πέφυκεν ἢ
 Sextus; πέφυκε cod. Mill.; τοῦ σπέρμα-
 tos Sextus; τὸ σπέρμα ἢ cod. Mill.

καὶ αὐτοῖς προσπίπλοντος ὑφ' ἐν τοῖς εὐφυῶς ἔχουσι πρὸς σύλληψιν τῆς μήτρας [τόποις, ὅτε δὲ πολυσπόρως ἐμπίπλοντος, ὑπ' αὐτῆς δὲ τῆς ἐν τῇ μήτρᾳ δυνάμεως εἰς ἓνα τόπον συνάγεσθαι] δυνάμενου· τῶν ἀγνώστων τὸ πότε γίνεται τὸ πρῶτον καὶ πότε τὸ
 5 δεύτερον, πόσος τε ὁ εἰς ἐκείνην τὴν σύλληψιν ἀναλισκόμενος χρόνος καὶ πόσος [ὁ] εἰς ταύτην· ἀγνοουμένων δὲ τούτων ἦρται καὶ ἡ πρὸς ἀκρίβειαν τῆς συλλήψεως κατάληψις. Εἶπερ τε, ὡς περ τινὲς τῶν φυσικῶν εἰρήκασιν, ἐψόμενον πρῶτον καὶ προμεταβαλλόμενον ἐν μήτρᾳ τὸ σπέρμα τότε προσέρχεται τοῖς ἀναστομωθεῖσιν αὐτῆς
 10 ἀγγείοις, καθάπερ τῇ γῆ τὰ τῆς γῆς σπέρματα· αὐτόθεν οἱ μὴ εἰδότες τὴν ποσότητα τοῦ τῆς μεταβολῆς χρόνου οὐκ εἴσονται οὐδὲ τὸν τῆς συλλήψεως καιρὸν. Ἔτι δὲ καὶ ὡς κατὰ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ γυναῖκες κατὰ ἐνέργειάν τε καὶ τὰς λοιπὰς αἰτίας, οὕτως καὶ κατὰ τὴν τῆς μήτρας ἐνέργειαν τὰς
 15 μὲν Θᾶτλον συλλαμβανούσας, τὰς δὲ βράδιον. Καὶ οὐ παράδοξον,

ipsos locos matricis conceptui idoneos uno motu incurrat, aliquando autem sparsim incidat et ipsa matricis vi possit in unum locum cogi, est incertum quando fiat primum et quando secundum; et quantum temporis consumatur in illa conceptione et quantum in hac. Ea autem si ignorantur, tollitur etiam accurata et exacta comprehensio conceptionis. Jam, si, ut nonnulli dicunt physici, primo coctum et prius mutatum semen in matrice, tunc accedit ad reserata ejus vasa, veluti in terram semina terræ, hinc nescientes quanto tempore fiat mutatio ignorabunt etiam conceptionis tempus. Præterea, sicut cæteris corporis partibus mulieres aliæ ab aliis discrepant quod ad vigorem vel ad cætera attinet, ita et vigore uteri differunt, quum aliæ citius, aliæ tardius concipiant. Neque mirum est, quum ipsæ

1. προσπίπλος cod. — 2-3. Uncis inclusa supplevit Sexto Mill. — 3-4. δυνάμεων· ἀγνώστων δὲ ὄντων cod. Mill. correct. Schneid. — 6. πόσος εἰς αὐτήν cod.; ἦρται] οἴχεται Sextus. — 8. ἐψόμενον Sextus; ἐμμένον cod. Mill. προμεταβάλλον Sextus. — 10. καθάπερ.... σπέρματα] hæc desunt apud Sextum. — αὐτόθεν Sextus; ὅθεν cod. — οἱ μὴ] οὐκ Sextus.

— 12-15. Rectius apud Sextum leguntur eadem: καὶ μὴν ὡς περ κατὰ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος ἐν ταῖς τῶν μερῶν ἐνεργείαις διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ γυναῖκες, οὕτως εἰκὸς αὐτὰς καὶ κατὰ τὴν τῆς μήτρας ἐνέργειαν διαφέρειν, τὰς μὲν Θᾶτλον συλλαμβανούσας, τὰς δὲ βράδιον. — 14. Post οὕτως forsitan addendum εἰκός.

ὅπου καὶ αὐταὶ αὐταῖς συγκρινόμεναι νυνὶ μὲν εὐσύλληπτοι θεωροῦνται, νυνὶ δὲ οὐδαμῶς. Τούτου δ' οὕτως ἔχοντος ἀδύνατόν ἐστι λέγειν πρὸς ἀκρίβειαν πότε⁽³⁸⁾ συνέχεται τὸ καταβληθὲν σπέρμα, ἵνα ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου στήσωσιν οἱ Χαλδαῖοι τῆς γενέσεως τὸν ὠροσκόπον.

5

4. Τούτῳ τῷ λόγῳ ἀδύνατόν ἐστιν ἐκ τῆς συλλήψεως στήσαι τὸν ὠροσκόπον· ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἀποτέξεως. Πρῶτον μὲν γὰρ ἄπορόν ἐστι τὸ πότε ρηθήσεται ἀπότεξιν εἶναι· ἄρα γε ὅταν ἄρξηται προκύπτειν εἰς τὸν ψυχρὸν ἀέρα τὸ ἀποτικτόμενον, ἢ ὅταν ὀλίγον ἐξίσχη, ἢ ὅταν εἰς τὴν γῆν κατενεχθῆ; οὐδ' ἐν ἐκάστῳ τούτων δυ- 10 νατόν ἐστι τὸ ἀκριβὲς τῆς ἀποτέξεως καταλαβέσθαι ἢ χρόνον ὀρίζειν. Καὶ γὰρ διὰ παράσθημα ψυχῆς καὶ δι' ἐπιτηδεύματα σώματος καὶ διὰ προαίρεσιν τῶν τόπων καὶ δι' ἐμπειρίαν μαίας καὶ ἄλλας ἀπείρους προφάσεις οὐχ ὁ αὐτός ἐστι χρόνος καθ' ὃν προκύπτει τὸ τικτόμενον βραγόντων τῶν ὑμένων, ἢ ἐκτὸς ὀλίγον γίνεται, ἢ εἰς 15

secum ipsis collatae, facile nunc concipere cernantur, nunc minime. Quæ quum ita sint, fieri non potest ut certo dicatur quo tempore semen injectum coalescat, ut inde Chaldæi horoscopum genituræ constituent.

4. Hisce de causis fieri non potest ut ex conceptione constituatur horoscopus. Sed ne ex partu quidem potest. Primum enim difficile dictu est quando jure affirmetur partum adesse: num eo potissimum tempore, quo incipiat in frigidum aera emergere fructus, an quo jam paulum existat, an quo humi decidat? Non vel in quovis horum temporum puncto potest quisquam ipsum deprehendere partum aut rei momentum definire. Nam, prout præsentior animus, aut aptior corporis habitus, aut opportunior locus, aut peritior obstetrix, aut alia subest causa (quæ sunt innumeræ), non idem est tempus emergentis fructus ex membranis ruptis, vel paulum eminentis,

1. ὅπου ὅτε Sextus; αὐται αὐταῖς cod.; αὐται αὐταῖς Mill.; ἐαυταῖς Sext. — 2. τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ Sextus; ἀδυνάτως Schneid. — 3. τὸ πότε συνέσχηται Sextus. — 4. συστήσωσιν Sext. — 7. ἀλλ' οὐδὲ] ἄλλοι δὲ cod.; καὶ μὲν οὐδὲ ἀπὸ τέξεως Sextus, V, § 64. — 8. ρητέον Sext. — 9. τὸν ψυχρὸν ἀέρα τὸ ἀποτικτόμενον Sext.; προκύπτειν εἰς τὸν ψυχρὸν cod. Mill.; ὀλίγον Sext.; ὄλον cod. — 10. κατενεχθῆ· εἴτα οὐδὲ ἐφ' ἐκάστου Sext.; ἐνεχθῆ cod. Mill.; οὐδ' ἐν ἐκάστῳ] οὐδὲν ἐκάστῳ cod. — 11. ἀποτέξεως Sext.; ἀποδείξεως cod. et Mill. — 13. καὶ πρὸς διάθεσιν Sextus; μαίας Sextus; ἄμα cod. — 15. ὄλον cod. pro ὀλίγον. correx. Mill. ex Sexto.

τὴν γῆν καταφέρεται, ἀλλ' ἄλλος ἐπ' ἄλλων· ὃν πάλιν μὴ δυνάμε-
 νοι ὠρισμένως καὶ ἀκριβῶς σταθμίσασθαι οἱ Χαλδαῖοι ἐκπεσοῦνται
 τοῦ δέοντος τὴν τῆς ἀποτέξεως ὥραν ὀρίζειν. Ὅτι μὲν οὖν ἐπαγ-
 γέλλονται ἐπὶ τοῖς τῆς ἀποτέξεως χρόνοις οἱ Χαλδαῖοι τὸν ὥρο-
 5 σκόπον γινώσκειν, οὐκ ἴσασι δέ, ἐκ τούτων συμφανές· ὅτι δὲ οὐδὲ
 τὸ ὠροσκόπιον⁽³⁹⁾ ἀπλανές αὐτοῖς ἐστί, πάρεσιν ἐπιλογίζεσθαι.
 Ὅταν γὰρ λέγωσιν ὅτι ὁ προσεδρεύων τῇ ὠδινούσῃ ἅμα τῇ ἀπο-
 τέξει δίσκῳ σημαίνει τῷ ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας ἀστεροσκοποῦντι Χαλ-
 δαίῳ, κάκεινος εἰς οὐρανὸν ἀποβλέπων παρασημαίνεται τὸ ἀνίσχον
 10 ζῴδιον, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιδείξωμεν αὐτοῖς ὅτι τῆς ἀποτέξεως ἀορί-
 στου τυγχανούσης, καθὼς μικροῦ πρότερον παρεσίησαμεν, οὐδὲ
 τῷ δίσκῳ ταύτην διασημαίνειν εὐκολόν. Εἴτ' ἔστω καὶ καταληπτήν
 ὑπάρχειν τὴν ἀπότεξιν, ἀλλ' οὔτιγε πρὸς ἀκριβῆ χρόνον σημειοῦ-
 σθαι ταύτην δυνατόν ἐστί· τὸν γὰρ τοῦ δίσκου ψόφον, ἐν πλείονι
 15 χρόνῳ καὶ ἐν συχνῷ πρὸς αἴσθησιν δυνάμενον μερίζεσθαι, κινεῖσθαι

vel ad humum prolapsi; sed apud alias aliter. Quum hæc nequeant Chal-
 dæi certo definire temporis spatio, necesse erit ut errent dum partus horam
 recte notare volunt. Ex quibus patet Chaldæos, falso se jactare quasi ho-
 roscopum ex ipso partus tempore cognoscant, minime vero scire. Nunc
 superest ut probemus ipsum horoscopum iis omnino dubium atque incer-
 tum esse. Etenim quum affirmant eum qui parturienti feminæ assidet, simul
 atque partus fit, signum dare Chaldæo e specula astra contemplanti, hunc
 vero cælum intuentem signum notare quod exoritur, primum quidem eis
 ostendamus, quum partus absoluti tempus non constet (quod paulo ante de-
 monstravimus), ne disco quidem significari illud facile posse. Deinde, etiamsi
 partus observari possit, at certe punctum illud temporis, quo fit, notari
 non potest: disci enim sonitus, quum majori et longiori temporis spatio ad

1. ἐπ' ἄλλων· ὃν Sextus; ἐπ' ἄλλῳ ὃν
 cod.; ἐπ' ἄλλῳ. ὃν Mill. — 2. σταθμίσε-
 σθαι cod. — 3. δέοντος cod. — 4. ἀπο-
 τέξεως Sextus; ἀποδείξεως cod. Mill. —
 5. οὐκ ἴσασι Sextus; οὐχ ἰσῆσι cod. —
 7-8. ἅμα τῇ ἀποτέξει] τὴν ἀπότεξιν Sext.
 — 8. ἐπὶ τῆς Sextus. — 9. παρασημαίνε-
 ται] ἐπισημειοῦται Sextus. Mill. proponit:
 παρασημειοῦται. — 10. ἐπιδείξωμεν cod.;

ἐπιδείξωμεν Mill.; ὑποδείξωμεν Sextus. —
 12. εὐκολόν Sextus; εὐλογόν cod. — καὶ
 καταληπτήν Sext.; καταληπτήν cod. Mill.
 — 13. οὐ γε Sextus. — 13-14. παρεπι-
 σημειοῦσθαι Sextus. — 14. ἐν πλείονι
 Sextus; πλείονι cod. Mill. — 15. ἐν
 συχνῷ Sextus; οὐ συχνῷ cod. ortum ex
 CYCYXNΩ dupliciter lecto. Mill. — καὶ
 κινεῖσθαι cod.

συνέβη ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν. Τεκμήριον δὲ [τὸ] ἐπὶ τῶν πόρρω δεν-
 δροτομούντων θεωρούμενον· μετὰ γὰρ ἰκανὴν ὥραν τοῦ κατενεχθῆ-
 ναι τὸν πέλεκυν ἐξακούεται ἡ φωνὴ τῆς πληγῆς, ὡς ἂν ἐν χρόνῳ
 πλείονι φθάνουσα ἐπὶ τὸν ἀκούοντα. Καὶ διὰ τοῦτο τοίνυν οὐκ ἔστιν
 ἀκριβῶς τοῖς Χαλδαίοις τὸν χρόνον τοῦ ἀνίσχοντος ζωδίου καὶ κατ' 5
 ἀλήθειαν ὠροσκοποῦντος λαμβάνειν. Καὶ μὴν οὐ μόνον φθάνει
 πλείων διελθὼν χρόνος μετὰ τὴν ἀπότεξιν τοῦ ⁽⁴⁰⁾ παρεδρεύοντος
 τῆ ὠδινούσῃ κρούσαντος τῷ δίσκῳ, εἶτα μετὰ τὸ κρούσαι ἀκούσαν-
 τος τοῦ ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν, [ἀλλὰ] καὶ περισκοποῦντος καὶ βλέπον-
 τος ἐν τίνι τῶν ζωδίων ἔστιν ἡ σελήνη καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἐν 10
 τίνι ἕκαστος, φαίνεται ἀναγκαῖον ἀλλοιότερον γενέσθαι τὸ περὶ τοὺς
 ἀστέρας διάθεμα, τῆς τοῦ πόλου κινήσεως ἀλέκτῳ τάχει φερομένης,
 πρὶν τηρητικῶς παραφυλάξασθαι τὴν τοῦ γεννηθέντος ὥραν κατ'
 οὐρανὸν βλεπομένην.

5. Οὕτως ἀσύστατος δειχθήσεται ἡ κατὰ Χαλδαίους τέχνη. Εἰ δὲ 15

aurium sensum dividatur, ægre pervenit in speculam. Cujus rei indicium est in iis quos e longinquo ligna secantes videmus : tempore enim sat longo postquam illata est securis, exauditur ictus sonitus, ut qui non statim ad aures audientis perveniat. Propterea non possunt Chaldæi verum tempus signi orientis et certum horoscopum afferentis deprehendere. Quin imo, non solum præterit aliquantum temporis post partum mulieris donec is qui parturienti assidet discum pulsaverit, et rursus post disci sonitum donec ab eo qui in specula est audiatur, verum etiam dum hic circumspicit et intuetur in quo signo luna sit vel in quo unumquodque siderum, necesse est ut prius mutetur siderum ordo (quum poli conversio ineffabili celeritate rapiatur) quam diligenter observari possit in cælo nativitatis hora.

5. Talibus infirmari potest Chaldæorum ars. Si vero quis ex interroga-

1. τὸ add. Mill. ex Sexto. — 3. ἂν ἐν
 Sextus; ἀνευ cod. — 5-6. κατ' ἀκρίθειαν
 Sextus. — 6. φθάνει Sext. Schn.; φανεῖται
 cod. — 7. διελθεῖν Sextus. — 9. Me-
 lius τοῦ ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας. — ἀλλὰ restituit
 Mill. ex Sexto. — 10. ἔστιν ἡ σελήνη
 Sextus, Schneid.; ἔστι σελήνη cod. Mill.

— 11. φθάνει Sextus, Schneid.; φαίνεται
 cod. Mill. — 12. ἀλέκτῳ Sextus; ἀλλ' ἐν
 cod. correx. Mill. — φερομένης Sextus;
 φερόμενα cod. — 13-14. Hæc apud Sex-
 tum sic leguntur: πρὶν τηρητικῶς πα-
 ραπλάσασθαι τῆ τοῦ γεννηθέντος ὥρα τὰ
 κατ' οὐρανὸν βλεπόμενα (§ 70).

ἐξ ἐπερωτήσεων φάσκοι τις σκοπεῖσθαι τοῦ πυνθανομένου τὴν γέ-
 νεισιν, ἐκ περισσοῦ ἐπιγνώτω μηδὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον δύνα-
 σθαι ἐφικνεῖσθαι ἐπὶ τὸ ἀκριβές. Εἰ γὰρ τοσαύτη τις ἐπιμέλεια
 ἰσθόρηται κατ' αὐτοὺς περὶ τὴν τέχνην καὶ μηδ' αὐτοὶ ἐφικνοῦνται
 5 ἐπὶ τὸ ἀκριβές, καθὼς ἐπεδείξαμεν, πῶς ὁ ἰδιώτης κατεῖληφε τῆς
 ἀποτέξεως τὸν χρόνον ἀκριβῶς, ἵνα παρὰ τούτου μαθῶν ὁ Χαλδαῖος
 στήσῃ τὸν ὠροσκόπον ἀληθῶς; Ἄλλ' οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ ὀρίζοντος
 ὄψιν πάντῃ ὁ αὐτὸς φανήσεται ἀνίσχων ἀσθήρ, ἀλλ' ὅπου μὲν ὠρο-
 σκόπος νομισθῆσεται τὸ ἀπόκλιμα, ὅπου δὲ ὠροσκόπος ἢ ἐπανα-
 10 φορὰ παρὰ τὴν τῶν τόπων ἐπιφάνειαν ὄντων ἢ ταπεινοτέρων ἢ
 ὑψηλοτέρων, ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος οὐκ ἀκριβῆς φανήσεται
 ἢ προαγόρευσις, πολλῶν κατὰ πάντα τὸν κόσμον τῇ αὐτῇ ὥρᾳ
 γεννωμένων, ἄλλου ἄλλως τὰ ἀστέρα θεωροῦντος. Ματαίᾳ δὲ καὶ ἢ
 διὰ τῶν ὑ[δρι]ῶν νομιζομένη κατάληψις. Οὐ γὰρ ὁμοίως ⁽⁴¹⁾ [ὁ] ἀμφο-
 15 ρεὺς τ[ρυπη]θεὶς ῥύσει πλήρης ὢν ὡς ἀπόκενος, αὐτοῦ τοῦ πόλου

tionibus profiteatur se inspecturum fore interrogantis genituram, abunde
 sciat ne id quidem posse certo modo fieri. Etenim, si illi ipsi qui tantam di-
 ligentiam dicuntur adhibere nequeunt (sicuti demonstratum est) ad verum
 accedere, quomodo unus e multis poterit certum nativitatis tempus obser-
 vare, ut deinde Chaldæus, ab ipso edoctus, recte constituat horoscopum?
 Verum nec ex conspectu horizontis eadem ubique apparebit exoriens stella,
 sed pro horoscopo habebitur tum declinatio, tum successio astrorum, prout
 ab humiliore vel excelsiore loco adspicietur: unde et ab hac parte haud cer-
 tam esse prædictionem liquet, quippe quum, multis per totum terrarum
 orbem eadem hora nascentibus, cuique aliter appareant astra. Inanis etiam
 ea quæ per clepsydras fieri posse existimatur observatio. Non enim similiter
 per plenam aut semivacuam perforatam amphoram aqua fluet, dum cælum

2. Hæc in codice et in Mill. et Schneid.
 gravius corrupta sic leguntur: γένεισιν ἢ
 περὶ οὗ ἐπερωτάτω; quæ sensu carent.
 Legendum esse suspicor: ἐκ περισσοῦ
 ἐπιγνώτω; quæ locutio a Sexto usurpatur:
 ἐκ περιουσίας δὲ λεκτέον (edit. Bekk.
 p. 743). — 14-15. Hæc in codice sic le-

guntur: ἀμφορεὺς το...θεὶς ῥύσει πλη-
 ρώσων ὡς ἀπόκενος; Miller legendum esse
 suspicatur: ἀμφορεὺς ὁ προ[τρύπη]θεὶς ῥε-
 σει. Sed conf. Sextum (§ 75) et hunc lo-
 cum sic emendabis: οὐ γὰρ ὁμοίως ὁ ἀμ-
 φορεὺς τρυπηθεὶς ῥύσει πλήρης ὢν ὡς
 ἀπόκενος. — πόλου] πολλά cod.

κατὰ ἐκείνων λόγον ἐνὶ ὀρμήματι ἰσοταχῶς φερομένου. Εἰ δὲ ἀνα-
 στρέψαντες λέγοιεν μὴ τὸν ἀκριβῆ χρόνον λαμβάνειν ἀλλ' ὡς ἔτυχε
 ἐν πλάτει, σχεδὸν ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθήσονται τῶν ἀποτελεσμάτων.
 Οἱ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ γεννηθέντες οὐ τὸν αὐτὸν ἔζησαν βίον,
 ἀλλ' οἱ μὲν λόγου χάριν ἔβασίλευσαν, οἱ δὲ ἐν πένδαις κατεγήρασαν. 5
 Οὐδεὶς γοῦν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι γέγονεν ἴσος πολλῶν κατὰ
 τὴν οἰκουμένην ὁμοίως ἀποτεχθέντων αὐτῷ, οὐθεὶς Πλάτωνι τῷ φι-
 λосоφῷ. Ὡστε [εἰ] τὸν ἐν πλάτει τῆς γενέσεως χρόνον ὁ Χαλδαῖος
 [ἐπισκέπτεται] ἀκριβῶς, οὐ δυνήσεται λέγειν, εἰ [ὁ] κατὰ τοῦτον τὸν
 χρόνον γεννηθεὶς εὐτυχήσει. Πολλοὶ γοῦν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον 10
 γεννηθέντες ἐδυστύχησαν, ὥστε ματαία καὶ ἢ κατὰ τὰ διαθέματα
 ὁμοιότης. Διαφόρως οὖν καὶ πολυτρόπως τὴν ματαιόπονον σκέψιν
 τῶν Χαλδαίων διελέξαντες οὐδὲ τοῦτο παραλείψομεν, ὡς εἰς ἀπο-
 ρον χωρήσουσιν αἱ προβήσεις αὐτοῖς. Εἰ γὰρ τὸν ἐν τῇ ἀκίδι τοῦ
 Τοξότου γεννηθέντα, ὡς οἱ μαθηματικοὶ λέγουσιν, ἀνάγκη σφαγή- 15
 σεσθαι, πῶς αἱ ⁽⁴²⁾ τῶν βαρβάρων μυριάδες ἀγωνιζόμεναι

ipsum dicunt uno impetu eademque semper celeritate ferri. Quod si contra
 dixerint non esse opus sibi tempore certo ac fixo, sed aliquam concedi latitu-
 dinem, ipsum apotelesma confutabit eos. Nam qui nati eodem tempore sunt,
 non eandem vivere vitam, sed alii, exempli gratia, regnare, alii in carcere
 senuerunt. Nemo Alexandro Macedoni par evasit ex tot hominibus eadem
 ratione in universo orbe genitis; nemo Platoni philosopho par fuit. Qua-
 propter si natalium tempus haud diligenter observat Chaldæus, dicere certo
 modo non poterit an is qui eo tempore natus est prospera fortuna usus
 sit: nam permultis eodem tempore natis adversa fuit, unde diathematis
 similitudinem in genituris vanam esse liquet. Quum igitur vanam Chaldæo-
 rum observationem plurimis diversisque modis confutaverimus, ne hoc qui-
 dem silentio prætermittamus, in dubio versari prædictiones eorum. Nam, si
 is qui sub cuspide Sagittarii genitus est, necessario, ut mathematicis placet,
 jugulabitur, quomodo fit ut innumeri barbari qui cum Græcis ad Marathonem

1-2. ἀναστρέψαντες Sextus; διαστρέ-
 ψαντες cod. — λαμβάνεσθαι Sextus. — 8-
 9. Quæ desunt in codice supplevi ex Sexto
 apud quem hæc leguntur: ὥστε εἰ τὸν ἐν
 πλάτει τῆς γενέσεως χρόνον ὁ Χαλδαῖος

ἐπισκέπτεται, οὐ δυνήσεται παγίως λέ-
 γειν ὅτι ὁ κ. τ. λ. — 9. τὸν αὐτὸν Sextus,
 Schneid.; τοῦτον τὸν cod. Mill. — 10-
 11. τούτῳ γεννηθέντες Sextus. — 15.
 τόξου cod. — 16. ἀνταγωνιζόμεναι Sext.

πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐν Μαραθῶνι ἢ Σαλαμῖνι ὑφ' ἐν κατεσφάγησαν ;
οὐ γὰρ δὴ γε ἐπὶ πασῶν ὁ αὐτὸς ἦν ὠροσκόπος. Καὶ πάλιν εἰ τὸν
ἐν τῇ κάλπῃ τοῦ Ἰδροχόου γεννηθέντα ναυαγήσειν, πῶς οἱ ἀπὸ
Τροίας ἀναγόμενοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας συ-
5 κατεποντίσθησαν ; Ἀπίθανον γὰρ πάντας μακρῷ χρόνῳ διαφέροντας
ἀλλήλων ἐν τῇ κάλπῃ τοῦ Ἰδροχόου γεγεννησθαι. Οὐ γὰρ ἔστι λέ-
γειν ἔτι δι' ἓνα πολλάκις, ᾧ εἴμαρται κατὰ πέλαιος φθαρῆναι,
πάντες οἱ ἐν τῇ νηὶ συναπολοῦνται. Διὰ τί γὰρ ἢ τούτου εἴμαρμένη
τὰς πάντων νικᾷ, ἀλλ' οὐχὶ διὰ τὸν ἓνα, ᾧ εἴμαρται ἐπὶ γῆς τελευ-
10 τᾶν, πάντες περισώζονται ;

6. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς τῶν ζῳδίων ἐνεργείας λόγον ποιοῦν-
ται, οἷς φασὶ προσομοιοῦσθαι τὰ ἀποτικτόμενα, οὐδὲ τοῦτον παρα-
λείψομεν, οἷον τὸν ἐν Λέοντι γεννηθέντα ἀνδρεῖον ἔσεσθαι · ὁ δὲ ἐν
Παρθένῳ τετανόθριξ, λευκόχρως, ἄπαις, αἰδήμων. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ

aut Salaminem dimicaverunt, una interfecti fuerint? Non idem haud dubie
omnibus horoscopus erat. Et rursum, si qui sub Aquarii situla genitus est
necessario naufragium patietur, quomodo Græci qui Troja revertebantur in
fretō Eubææ una submersi sunt? Nam haud facile crediderim hos omnes
qui multum ætate inter se differebant sub Aquarii situla genitos esse. Non
enim potest dici, ob unum sæpe quem fatum perire in pelago jusserit,
omnes qui eamdem navem conscenderunt una sæpe demersum iri. Cur enim
unius fatum omnium fata vincit, sed non potius ob unum quem fatum in
terra mori jusserit, salus omnibus datur?

6. Sed quoniam de signorum virtutibus, quibus dicunt accommodari ea quæ
gignuntur, disserunt, ne hunc quidem sermonem prætermitemus, quo eum
qui sub Leone genitus est fortem fore aiunt; qui sub Virgine, crinitum, candi-
dum, liberorum expertem, verecundum. Ea cæteraque istius modi deridenda

1. ἢ Σαλαμῖνι om. Sextus, § 92. — 2.
πάντων Sext. — ὁ αὐτὸς Sext.; αὐτῶν cod.
— εἰ om. cod. Mill. restit. Schneid. — 3.
ναυαγήσειν cod. — πῶς οἱ Sextus; πόσοι.
In his locis plures occurrunt mendæ quæ
ex verbis male auditis videntur provenire,
et fortasse indicant codicem nostrum a
librario dictata audiente scriptum fuisse.

— 4. ἀνακομιζόμενοι Sextus. — 6. ἐν
τῇ κάλπιδι Sextus; ἐπὶ τῇ κάλπῃ cod.
Mill. — οὐ γὰρ ἔστι cod. Mill.; καὶ μὴν
οὐδὲ ἐνεστί Sextus. — 8. συναπόλλυνται
Sextus. — 9. διὰ τὴν ᾧ εἴμαρτο cod. —
14. Post τετανόθριξ Sext. addit χαροπὸς,
§ 95. — λευκόχρως Sextus; λευκόχρους
cod. et Mill.

τούτοις ὅμοια γέλωτός ἐστί μαλλον ἄξια καὶ οὐ σπουδῆς. Ἐστί γὰρ κατ' αὐτοὺς μηδένα Αἰθίοπα ἐν Παρθένῳ γενναῖσθαι· εἰ δ' οὖν, δώσει [εἶναι] τὸν τοιοῦτον λευκόν, τετανότριχα ⁽⁴³⁾ καὶ τὰ ἕτερα. Οἶμαι δὲ μαλλον τοὺς ἀρχαίους [τὰ] ὀνόματα τῶν κειμένων ζώων ἐπίκλησιν τοῖς ἄστροις προσθετικῆν οἰκειώσεως χάριν, οὐχ ὁμοιοτρόπου φύσεως· τί γὰρ ἔχουσιν ὅμοιον ἄρκτω οἱ ἐπὶ ἄστέρες διεσπῶντες ἀπ' ἀλλήλων; ἢ δράκοντος κεφαλῇ οἱ, ὡς φησιν ὁ Ἄρατος, πέντε;

Ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν, εἰς δ' ὑπένερθεν ἐσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρου.

7. Οὕτως καὶ ταῦτα οὐκ ἄξια τοσούτου πόνου δείκνυται τοῖς εἴ 10 φρονεῖν προρημένοις καὶ μὴ προσέχουσι τῇ τῶν Χαλδαίων ἐμφυσίῳσει, οἱ καὶ βασιλεῖς ἐξαφανίζουσιν ἄδειαν καταρτίζοντες καὶ ιδιώτας παραθαρρύνουσι μεγάλα τολμᾶν. Εἰ δὲ ἀποτύχοι αὐτὸς

sunt, non serio refellenda. Non potest fieri iudicibus his, ut aliquis gignatur sub Virgine Æthiops; hunc alioquin ea dabit candidum esse, et crinitum, et cætera. Mihi potius videntur veteres animalium in medio positorum nominibus tanquam cognominibus astra vocavisse, consuetudinis gratia, non ob naturæ ullam similitudinem: quid enim habent ursæ consimile septem illa multum inter se disjuncta astra? aut draconis capiti, quinque illa de quibus Aratus:

Tempora bina tenent, oculos duo, subtus et unum
Immanis monstri maxillæ extrema capessit.

7. Sic patet ista non digna tanto labore esse iis qui recte sapere volunt quique non mentem applicant ad vanam istam Chaldæorum jactationem, qua fit ut reges, impunitate prædicta, interficiantur, et privati homines ad tetra facinora excitentur. Quod si hominem, frustra perpetrato scelere, de-

2. εἰ δ' οὖν Millerus; εἰ δ' οὐ cod. — 3. εἶναι ex Sexto addid. Schneid. — 4. τὰ add. Mill. — 4-6. ἐπὶ κλητοῖς cod.; ἐπίκλησιν τοῖς Mill. Sextus habet: εἰκὸς γὰρ τοὺς παλαιούς τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων τίθεσθαι κατὰ ψιλὴν τὴν τοῦ χαρακτῆρος ἐμφέρεϊαν. Τάχα δὲ οὐδὲ κατ' αὐτὴν, ἀλλ' εὐσήμου χάριν διδασκαλίας· τί γὰρ ὅμοιον ἔχουσιν ἄρκτω. — ἄρκτω οἱ Sextus; ἄρκτου cod. — 7. κεφαλαὶ ὡς φησιν ὁ Ἄρατος πέντε cod.; κεφαλῇ οἱ πέντε; ἐφ' ὧν φησιν ὁ Ἄρατος Sextus Mill. — 8. Arat. Phænomen. vers. 56-57. — 9. ἐσχάτη δ' ἐπέχει cod.; ex Sexto correxit Mill. — 10. πῶς pro οὕτως (ou omisso ob finem præcedentis vocabuli) Mill. — 12. δειλίαν καταρτίζοντες cod. Mill. Schneidew. Legendum esse puto: ἄδειαν καταρτίζοντες, quæ melius sententiæ respondent.

κακῶ περιπαρεῖς, οὐ πᾶσι γίνεται διδάσκαλος ὁ βλαβεῖς, οὗς φρε-
 ναπαταῶν βουλόμενοι τοῖς ἀποτεύγμασιν εἰς ἀπειρον τὸν νοῦν αὐτῶν
 συνωθοῦντες λέγουσιν οὐκ ἄλλως ἐπὶ τὸ αὐτὸ δύνασθαι τὸν συσχη-
 ματισμὸν τῶν αὐτῶν ἀστέρων γίνεσθαι ἢ διὰ τῆς ἀποκαταστάσεως
 5 τοῦ μεγάλου ἐνιαυτοῦ, δι' ἐπτακισχιλίων ἐτῶν καὶ ἐπτακοσίων ἑβδο-
 μήκοντα καὶ ἐπτά. Πῶς οὖν φθάσει ἀνθρωπίνη παρατήρησις ⁽⁴⁴⁾ τοῖς
 τοσοῦτοις αἰῶσι συνδραμεῖν ἐπὶ μιᾶς γενέσεως; καὶ ταῦτα οὐχ ἅπαξ
 ἀλλὰ πολλάκις, [ἦτοι τοῦ κόσμου φθορᾶς, εἰρήκασιν ὡς τινες, μεσο-
 λαβούσης αὐτήν, ἢ πάντως γε τῆς κατὰ μέρος μεταβολῆς ἐξαφανιζού-
 10 σης τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορικῆς παραδόσεως]. Διὰ πλειόνων ἐληλέγχθαι
 τὴν Χαλδαϊκὴν τέχνην ἔδει· καίτοι δι' ἕτερα αὐτῆς ἡμῶν μνησθέν-
 των, οὐχὶ ἰδίως δι' αὐτήν. Ἄλλ' ἐπεὶ προηγήμεθα μηδὲν τῶν παρ'
 ἔθνεσι δογμάτων καταλιπεῖν διὰ τὴν πολύφωνον τῶν αἰρέσεων
 πανουργίαν, ἴδωμεν τί λέγουσι καὶ οἱ περὶ μεγεθῶν τετολημῆκότες,

ceperit eventus, non tamen, experta calamitate, nefarius iste efficietur docu-
 mentum cæteris, quos fallere Chaldaei statuerunt : quorum inscios animos
 ad infinitum propellunt, insinuantes non posse aliter ad idem thema redire
 eorumdem astrorum positionem, nisi compleatur *magni anni* intervallum,
 scilicet septem millia annorum, septingentos et septuaginta septem. Sed qui
 possit hominum observatio cum tot sæculis in una genitura congruere? Idque
 non semel, sed sæpe, quum mundi interitus, ut quidam dixerunt, eam inter-
 cipiatur, aut singillatim et per partes mutata terra penitus aboleat historicae
 traditionis continuitatem. Pluribus rationibus necesse erat Chaldaicam ar-
 tem refutari, etsi ejus memoriam propter alia, non propter ipsam fecerim-
 us. Quoniam autem visum est nihil prætermittere ex eis quæ docuerunt
 ethnici, quia variis hæresis mala operatur vocibus, videamus et quæ verba
 faciant ii qui de magnitudinibus loqui ausi sunt, et qui perspecto quam vanus

3. οὐκ ἄλλως codicis prope evanida ves-
 tigia; male Mill. οὐ καλῶς. — σχηματισμὸν
 cod. corr. Mill. — 5. δι' ἐννεακισχιλίων
 ἐνακοσίων καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ἐπτά ἐτῶν
 Sextus, § 105. — 8. Cod. Mill. Schnei-
 dew. habent : πολλάκις οἶμαι παρ' ἐλπίδα
 πλειόνων. . . quæ sensu carent. Post vo-
 cabulum πολλάκις, quædam desiderari

arguit Sextus, idque suspicio est ipsis
 verbis οἶμαι παρ' ἐλπίδα a librario esse
 significatum. Is enim adscripsisse vide-
 tur οἶμαι, παραλείπει sive τινὰ ἔλλειπει.
 Schneidew. Quæ deerant supplere ex
 Sexto, *Contra astrologos*, § 105, edit.
 Bekk. p. 748. — 12. αὐτήν Mill. — προ-
 κρίμεθα cod. corr. Mill.

οἱ κατιδόντες τὴν τῶν πλειόνων ματαιοπονίαν, ἄλλου ἄλλως διαψευ-
 σαμένου καὶ εὐδοκίμησαντος, μεῖζόν τι ἐτόλμησαν εἰπεῖν, ὅπως ὑπὸ
 τῶν τὰ μικρὰ ψεύσματα μεγάλως δοξασάντων μειζόνως δοξασθῶσιν.
 Οὗτοι κύκλους καὶ μέτρα τρίγωνά τε καὶ τετράγωνα διπλάσια τε
 καὶ τριπλάσια ὑποτίθενται· πολλὸς δὲ ὁ περὶ τούτου λόγος, ἀλλ' οὐ 5
 πρὸς τὸ προκειμένον ἀναγκαῖος.

8. Ἰκανὸν οὖν λογιζομαι ἐξαιρεῖν τὰ ὑπ' αὐτῶν τερατολογούμενα.
 Διὸ τοῖς ἐπιτόμοις χρῆσάμενος, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἐπὶ τὰ ἕτερα
 τραπήσομαι. Λέγουσι δὲ ταῦτα· κράτος ἔδωκεν ὁ δημιουργήσας τῇ
 ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾷ· μίαν γὰρ αὐτὴν ἄσχισιν εἶασε, τὴν 10
 δὲ ἐντὸς σχίσας ἐξαχῆ ἐπὶ κύκλους ἀνίσους κατὰ τὴν τοῦ διπλα-
 σίου καὶ τριπλασίου διάσασιν ἐκάσῃην, οὐσῶν ἐκατέρων τριῶν,
 κατὰ τὰ ἐναντία μὲν ἀλλήλοις προσέταξεν ἴεναί τοὺς κύκλους, τά-
 χει δὲ τρεῖς μὲν ὁμοίως, τοὺς δὲ τέσσαρας ⁽⁴⁵⁾ ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς

fuerit plurimorum labor, quum alius alio mendacio alios decepisset et ipse
 tum celebrer esset factus, majus aliquid ausi sunt dicere, quo ab iisdem, qui
 mendacia parva magnifice jactaverant, magnificentius ipsi jactarentur. Hi
 circulos et mensuras et triangulos et quadrangulos dupliciaque ac triplicia
 fingunt. Longum est de hac re dicere, sed ad propositum haud necessarium.

8. Satis erit igitur, ut opinor, celebrata ab eis portenta enuntiare. Qua-
 propter breviori usus, ut dicunt, ad cætera me vertam. In breviori igitur
 hæc dicta sunt: potentem auctor mundi fecit ejusdem ipsius et similis
 conversionem; nam unam hanc indivisam reliquit, sexies autem divisa ea
 quæ intus est, et septem effectis orbibus qui dupli triplique intervallis inæ-
 quales erant, et singula quum tria essent utriusque, cursibus inter se con-
 trariis orbis volvi jussit; et septem eorum qui intus continentur tres celeri-
 tate pari, quatuor et ad se et ad cæteros tres impari celeritate, sed cum ra-

6. De iisdem astrologorum vaticiniis
 confer Origenem *Comment. in Gen.*; Dio-
 dori Tarsensis librum *De fato*; Photii bi-
 blioth. cod. ccxxiii; Bardesanis *de Legibus*
nationum opus nuperrime repertum (*Spi-*
cilegium syriacum, by W. Cureton). — D^r
 D. Chwolsohn mentionem facit libri inter
 Sabaitas circumlati et chaldaice inscripti
 «*Sphar Moluascæ*;» liber signorum Zo-

diaci, sive de sphæra, et est de Chaldæo-
 rum perantiqua illa et tam decantata as-
 trologia. Conf. *Die Ssabier und der Ssa-*
bismus, von D^r D. Chwolsohn, Band I,
 p. 115. — 8. ὡς cod.; ὡν male Mill. —
 9. Plat. Tim. p. 36. — 11. ἐξαχῆ Plato;
 ἐξ αὐτῆς cod. — 12. καὶ τριπλασίου Plato
 infra, § 10, omittit cod. — 14. ὁμοίους
 cod. corr. Mill.

τρισὶν ἀνομοίως, ἐν λόγῳ δὲ φερομένους. Κράτος μὲν δεδῶσθαι τῇ
 ταύτῳ Φορᾷ φησὶν, οὐ μόνον ἐπειδὴ περιέχει τὴν Φατέρου Φορᾶν,
 τουτέστι τοὺς πλανωμένους, ἀλλ' ὅτι καὶ τοσοῦτον ἔχει κράτος,
 τουτέστι τοσαύτην δύναμιν, ὥστε καὶ τοὺς ἐπὶ τὰναντία, τοὺς πλανω-
 5 νωμένους ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν φερομένους αὐτοὺς τῇ οἰκείᾳ
 ἰσχυροί ὁμοίως καὶ ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν ἑαυτῶ συμπεριάγειν. Μίαν
 δὲ καὶ ἄσχιστον εἰᾶσθαι φησὶ ταύτην τὴν Φορᾶν, πρῶτον μὲν ἐπειδὴ
 πάντων τῶν ἀπλανῶν ἰσόχρονοι αἱ περιφοραὶ καὶ οὐ διηρημέναι
 κατὰ πλείους καὶ ἐλάττους χρόνους· ἔπειτα ὅτι μίαν πάντες ἔχουσιν
 10 ἐπιφάνειαν τὴν τῆς ἐξωτάτῳ Φορᾶς, οἱ δὲ πλανώμενοι καὶ εἰς χρό-
 νους πλείονας καὶ διαφόρους τῶν κινήσεων καὶ εἰς ἀποσπάσεις ἀπὸ
 γῆς ἀνίστους διήρηνται· τὴν δὲ Φατέρου φησὶν ἐξαχῆ εἰς ἐπὶ κύ-
 κλους ἐσχίσθαι, εἰκότως· Ὅπόσαι γὰρ ἂν ᾧσιν ἐκάστου αἱ τομαί,
 μονάδι πλείω τῶν τομῶν γίνεται τὰ τμήματα, ὅλον ἂν μιᾷ τομῇ
 15 διαιρεθῆ, δύο ἔσθαι τμήματα, ἂν δυοί, τρία τμήματα· οὕτω δὲ καὶ
 ἐξαχῆ τι τμηθῆ, ἐπὶ ἔσθαι τὰ τμήματα. Τὰς δὲ ἀποσπάσεις αὐτῶν

tione ferri. Dominatum igitur conversioni ejusdem ipsius datum esse per-
 hibet, non modo quia conversionem alterius, id est errantia sidera, com-
 plectitur, sed quia tantum dominatu, id est potestate, pollet, ut vel quæ in
 adversum, id est errantia sidera, ab occasu ad orientem volvuntur, ipsa
 propria vi similiter ab oriente ad occasum secum simul ferat. Unam vero
 hanc et indivisam relictam esse conversionem contendit, primum quia om-
 nia fixa sidera tempore pari convertuntur, nec separantur secundum longius
 aut brevius tempus; deinde quia his omnibus adspetus idem est extremæ
 conversionis, dum contra errantia divisa sunt, quippe quæ plura tempora
 et motus diversos habeant, et inæqualiter a terra distent. Alterius autem
 conversionem sexies in septem circulos divisam esse jure ait: quotquot
 enim sectiones cujusque sunt, plura segmina monadis sunt quam sectiones,
 scilicet, si sectio una, duo segmina erunt; si duæ, tria segmina: ut, si quid
 sexies sectum sit, septem segmina sint. Distare autem ea secundum duplam

1. ἀνομοίως cod.; ἀνομοίως Mill. — cod. Millerus. — ταύτην τὴν] ταύτην cod.
 φερομένων cod.; φερομένους Millerus. Mill. — 9. ἔχουσιν cod. corr. Mill. —
 — 6. συμπεριάγει cod. Millerus; συμ- 14. μονάδι πλείω Ræp.; μονάδες λέγω
 περιάγειν Schneidew. — 7. εἰ εἶσθαι cod. Mill.

κατὰ διπλάσια καὶ τριπλάσια ἐναλλάξ τετάχθαι φησίν, οὐσῶν ἑκα-
 τέρων τριῶν· ὕπερ καὶ ἐπὶ τῆς συστάσεως τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τῶν ἐπὶ
 ἀριθμῶν ἔδειξε. Τρεῖς μὲν γὰρ εἰσιν ἐν αὐτοῖς διπλάσιοι ἀπὸ μο-
 ναδος $\bar{\beta}$, $\bar{\delta}$, $\bar{\eta}$, τρεῖς δὲ $[\gamma, \vartheta, \kappa\zeta]$, διάμετρος γῆς $\bar{\mu}$ καὶ $\bar{\rho\eta}$ στα-
 δίων, περίμετρος δὲ γῆς σταδίων $\bar{\mu}$ καὶ $\bar{\phi\mu\gamma}$ · καὶ ἀπόσθημα δὲ ἀπὸ 5
 τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς ἐπὶ τὸν σεληνιακὸν κύκλον ⁽⁴⁶⁾ ὁ μὲν Σάμιος
 $\bar{\rho\epsilon\eta}$
 Ἀρίσταρχος ἀναγράφει σταδίων $\bar{\mu}$, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος μυριάδ. $\bar{\phi}$, ὁ
 δὲ Ἀρχιμήδης μυριάδ. $\bar{\phi\upsilon\delta}$ καὶ μονάδ. $\bar{\delta\rho\lambda}$ · ἀπὸ δὲ τοῦ σεληνιακοῦ
 ἐπὶ τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον σταδίων μυριάδ. $\bar{\epsilon\kappa\varsigma}$ καὶ μονάδ. $\bar{\beta\epsilon\epsilon}$ · ἀπὸ
 τοῦδε ἐπὶ τὸν τῆς Ἀφροδίτης κύκλον σταδίων μυριάδ. $\bar{\beta\kappa\zeta}$ καὶ μονά- 10
 δας $\bar{\beta\epsilon\epsilon}$ · ἀπὸ τοῦδε ἐπὶ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ κύκλον σταδίων μυριάδ. $\bar{\epsilon\pi\alpha}$,
 μονάδ. $\bar{\zeta\rho\epsilon\epsilon}$ · ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν τοῦ Πυρόεντος κύκλον σταδίων

et triplam rationem per vices ait, quum sint utraque distantiae tres : quod et de constituta septem numeris mente ostendit. Tres enim sunt in iis dupla, a monade 2, 4, 8, tres autem [tripla, 3, 9, 27] [Diameter terrae] 80,108 stadiorum. Perimeter autem terrae stadiorum 250,543; interval- lumque quo a superficie terrae distat lunaris orbis contendit Samius Aristarchus esse stadiorum Apollonius autem 5,000,000; Archimedes autem 5,544,130; a lunari autem solis orbis stadiorum 50,262,065, ab hoc autem orbis Veneris stadiorum 20,272,065, ab hoc autem orbis Mercurii

1. κατὰ Røper.; καὶ τὰ cod. Mill. — 3. ἐν Schneid.; ἐπ' cod. Mill. — 4. $\bar{\eta}$ $\bar{\vartheta}$ cod. — Post *τρεῖς δὲ* quæ exciderant supplevi. De his septem numeris (1, 2, 4, 8, 3, 9, 17) qui humanum intellectum constituere dicuntur, et de miris eorumdem virtutibus, confer Theonem Smyrnensem. (De iis quæ in mathematicis ad Platonis lectionem utilia sunt, Par. 1644.) — Diameter terræ quum sit 80,108 stadiorum, efficit ut perimeter sit 251,768 stadiorum. Is autem numerus non multum distat ab eo (252,000) quem Eratosthenes dixit esse perimetrum terræ. — 5. Hic plura

desunt in cod. quæ fortasse deerant in opere ipso. Non enim notavit Samius Aristarchus quot stadiis terra distaret a stellis. Attamen ex lucubrationibus ejus conjici potest quid de his distantiiis excogitaverit. — 8. Qui numeri Archimedis auctoritatem falso præ se ferunt, de qua re dubitari non posse intelligentissimus harum rerum arbiter M. A. Sternius, collega noster, affirmat. Schneid. — 9. *μυριάδ. $\bar{\epsilon\kappa\varsigma}$* , infra, p. 73, 5; *μυριάδ. $\bar{\epsilon\kappa\zeta}$* Schneid. — 10. *μυριάδ. $\bar{\beta\kappa\zeta}$* *μυριάδ. $\bar{\epsilon\kappa\zeta}$* cod. Mill.; conf. infra, § 1, Schneid. — 12. *$\bar{\zeta\rho\epsilon\epsilon}$* *$\bar{\zeta\rho\epsilon\epsilon}$* cod.

μυριάδ. $\overline{\delta\nu\delta}$, μονάδ. $\overline{\alpha\rho\eta}$ · ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν τοῦ Διὸς κύκλον
 σιαδίων μυριάδ. $\overline{\beta\kappa\zeta}$, μονάδας $\overline{\epsilon\zeta\epsilon}$ · ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν τοῦ Κρό-
 νου κύκλον σιαδίων μυριάδ. $\overline{\delta\lambda\zeta}$, μονάδ. $\overline{\beta\zeta\epsilon}$ · ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ
 τὸν ζωδιακὸν καὶ τὴν ἐσχάτην περιφέρειαν σιαδίων μυριάδ. $\overline{\beta\eta}$,
 5 μονάδ. $\overline{\mu\epsilon}$.

9. Τὰ μὲν ἀπ' ἀλλήλων διαστήματα τῶν κύκλων καὶ τῶν σφαι-
 ρῶν βάθη τε ὑπὸ τοῦ Ἀρχιμήδους ἀποδίδονται. Τοῦ δὲ ζωδιακοῦ τὴν
 περίμετρον λαμβάνει σιαδίων δευτέρων ἀριθμῶν $\overline{\delta}$ καὶ μυριάδ. $\overline{\delta\psi\lambda\alpha}$ ·
 ὥστε συμβαίνει τὴν ἐκ τοῦ κέντρου τῆς γῆς εὐθεῖαν ἄχρι τῆς ἐπι-
 10 φανείας τῆς ἐσχάτης τὸ ἕκτον εἶναι τοῦ λεχθέντος ἀριθμοῦ, τὴν δὲ
 ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς, ἐφ' ἧς βεβήκαμεν, ἄχρι τοῦ ζωδιακοῦ,
 ἄρτι ῥηθέντος ἕκτον τοῦ ἀριθμοῦ, λείπον τέτρασι μυριάσι σιαδίων,
 ὃ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς γῆς μέχρι τῆς ἐπιφανείας αὐτῆς· ἀπὸ τοῦ
 Κρόνου δὲ κύκλου ἐπὶ τὴν γῆν φησὶ τὸ διάστημα σιαδίων δευτέρων
 15 ἀριθμῶν εἶναι μονάδ. δύο καὶ μυριάδ. $\overline{\beta\sigma\epsilon\theta}$ καὶ μονάδ. $\overline{\beta\psi\iota\alpha}$ ·⁽⁴⁷⁾ ἀπὸ
 τοῦ δὲ τοῦ Διὸς κύκλοι ἐπὶ γῆν σιαδίων δευτέρων ἀριθμῶν μονάδ.
 $\overline{\beta}$ καὶ μυριάδ. $\overline{\sigma\omicron\zeta'}$ καὶ μονάδας $\overline{\chi\mu\varsigma}$ · ἀπὸ δὲ τοῦ Πυρόεντος κύκλου

50,817,165, ab hoc autem Martis orbis 40,541,108, ab hoc autem Jovis
 orbis 20,275,065, ab hoc autem Saturni orbis 40,372,065, ab hoc autem
 Zodiacus et extrema peripheria 20,082,005.

9. Quod intervallum inter orbis et sphaeras quæque altitudo sit, tradit
 Archimedes. Zodiaci perimetrum stadiorum habet 447,310,000, ita ut con-
 sequatur rectam lineam quæ e centro ad extremam superficiem terræ ducitur
 sextam partem supradicti numeri esse, eam autem quæ a superficie terræ,
 in qua positi sumus, ad Zodiacum ducitur, illius numeri sextam esse par-
 tem, relictis quatuor myriadibus, quæ sunt a centro usque ad superficiem
 terræ. Saturni autem orbem a terra distare stadiis 2,226,912,711, Jovis au-
 tem orbem a terra 202,770,646, Martis autem orbem a terra 132,418,581,

1. $\overline{\delta\nu\delta}$, μονάδ. $\overline{\alpha\rho\eta}$] $\overline{\delta\phi\nu\delta}$, μονάδ. $\overline{\mu\omicron\nu\alpha\delta}$. $\overline{\beta\epsilon}$? Schneid. — 10. ἐσχάτης γῆς
 $\overline{\delta\rho\nu\delta}$ cod. Mill.; conf. infra, p. 73, 10 cod. — τὴν] τοῦ cod. Mill. — 11. ἐφ' cod.;
 sqq. — 4. μυριάδ. $\overline{\beta\eta}$, μονάδ. $\overline{\mu\epsilon}$]. Hæc
 vera non sunt, ut recte annotat Schneid.
 nam monadum quadraginta millia effi-
 ciunt quatuor myriades. An μυριάδ. $\overline{\beta\eta}$,
 $\overline{\mu\omicron\nu\alpha\delta\epsilon\varsigma}$ cod. Mill.

ἐπὶ γῆν δευτέρων ἀριθμῶν μονάδ. μίαν καὶ μυριάδ. ἡσμα καὶ μονάδ. ἡφπα· ἀφ' ἡλίου ἐπὶ γῆν δευτέρων ἀριθμῶν μονάδ. μίαν καὶ μυριάδ. βρξ καὶ μονάδας δυνδ· ἀπὸ δὲ τοῦ Στίλβοντος ἐπὶ τὴν γῆν μυριάδ, εσξη, μονάδας ἡσνθ· ἀπὸ δὲ Ἀφροδίτης ἐπὶ γῆν μυριάδ. επα, μονάδ. ερξ.

5

10. Περὶ σελήνης δὲ ἐλέχθη τὸ πρότερον. Τὰ μὲν οὖν ἀποσλήματα καὶ βάθη τῶν σφαιρῶν οὕτως Ἀρχιμήδης ἀποδίδωσιν, ἐτέρως δὲ ὑπὲρ αὐτῶν Ἰππάρχῳ εἴρηται καὶ ἐτέρως Ἀπολλωνίῳ τῷ μαθηματικῷ. Ἡμῖν δὲ ἐξαρκεῖ τῇ Πλατωνικῇ δόξῃ ἐπομένοις διπλάσια μὲν καὶ τριπλάσια οἶεσθαι τῶν πλανωμένων τὰ ἀπ' ἀλλήλων δια- 10 σλήματα· σώζεται γὰρ οὕτως ὁ λόγος τοῦ καθ' ἀρμονίαν συγκεῖσθαι τὸ πᾶν ἐν λόγοις συμφώνοις κατὰ ταῦτα τὰ ἀποσλήματα. Οἱ δ' ἐκτεθέντες ὑπὸ Ἀρχιμήδους ἀριθμοὶ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων περὶ τῶν ἀποσλήματων λεγόμενοι λόγοι εἰ μὴ ἐν συμφώνοις εἶεν λόγοις, τουτέστι τοῖς ὑπὸ Πλάτωνος εἰρημένοις διπλασίοις καὶ τριπλασίοις, ἔξω 15

a sole terra 121,604,454, a Mercurio terra 526,882,259, a Venere terra 50,815,160.

10. De luna supra dictum est. Quod inter sphaeras distet intervallum, et quae pateat altitudo, ita traditum est ab Archimede: aliud autem ab Hipparcho, aliud ab Apollonio mathematico docetur. Nobis autem sufficit, platoniam doctrinam sequentibus, si errantia duplicibus ac triplicibus intervallis inter se distare putemus; sic enim haec disciplina stat incolumis, qua docetur esse rerum omnium, e rationibus quibus haec spatia congruunt, concentus universus. Quod si numeri ab Archimede prolati, et caeterorum de spatiis his placita, non e rationibus inter se concinentibus penderent, scilicet e duplicibus ac triplicibus istis quas dixit Plato, sed contra extra

9. δόξα cod. — 11. οὔτος cod.; οὔτως Mill. — 12. Suspensor librarium in hoc loco scripsisse λόγοις συμφώνοις pro τόνοις συμφώνοις. Hic enim agitur de tonis quibus mundi concentus Pythagoras et Plato constare dicebant ac quibus intervalla siderum a terra numerabant. «Pythagoras, ait Plinius, ex musica ratione appellat tonum quantum absit a terra luna. Ab ea ad Mercurium, spatii ejus

«dimidium; et ab eo ad Venerem fere tantumdem. A qua ad solem sesquiplum; a sole ad Martem, tonum, id est quantum ad lunam a terra. Ab eo usque Jovem, dimidium; et ab eo ad Saturnum, dimidium; et inde sesquiplum ad Signiferum. Ita septem tonos effici, quam diapason harmoniam vocant, hoc est universitatem concentus.» (Plin. Hist. Nat. lib. II, c. xx.)

δὲ συμφωνιῶν εὐρισκόμενοι, οὐκ ἂν σώζοιεν τὸ καθ' ἀρμονίαν κατεσκευάσθαι τὸ πᾶν· οὐ γὰρ πιθανὸν οὐδὲ δυνατὸν ἄλογά τε καὶ ἔξω συμφωνιῶν καὶ ἑναρμονιῶν λόγων εἶναι αὐτῶν τὰ ἀποσλήματα, πλὴν ἴσως σελήνης μόνης ἐκ τῶν λείψεων καὶ τῆς σκιᾶς τῆς γῆς,
 5 περὶ ἧς μόνης καὶ πιστεύσαι τις ἂν Ἀρχιμήδῃ ἀποσπάσεως, τουτέστι τῆς σεληνιακῆς ἀπὸ γῆς· ταύτην δὲ ⁽⁴⁸⁾ λαβοῦσι ῥάδιον ἔσθαι κατὰ τὸ Πλατωνικὸν αὐτὸ τὰ κατὰ τὸ διπλάσιον καὶ τριπλάσιον, ὡς ἀξιῶ Πλάτων, καὶ τὰ λοιπὰ ἀποσλήματα ἀριθμῶ περιλαβεῖν. Εἰ δὴ κατὰ τὸν Ἀρχιμήδην ἀπὸ τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς ἡ σελήνη ἀφέ-
 10 στήκε σιαδίων μυριάδ. φνδ, σιαδίουσ δρλ, ῥάδιον τούτους τοὺς ἀριθμοὺς αὐξοντας κατὰ τὸ διπλάσιον καὶ τριπλάσιον καὶ τὰ τῶν λοιπῶν εὐρεῖν διασλήματα, ὡς μιᾶς μοίρας λαμβανομένης τοῦ τῶν σιαδίων ἀριθμοῦ οὗς ἡ σελήνη τῆς γῆς ἀφέςτηκεν. Ὅτι δὲ οἱ λοιποὶ ἀριθμοὶ οἱ ὑπ' Ἀρχιμήδους περὶ τῆς ἀποσπάσεως τῶν πλανωμένων
 15 λεγόμενοι οὐκ ἐν συμφῶνοις λόγοις, ῥάδιον γνῶναι, πῶς ἔχουσι

concentum occurrerent, non incolumis maneret hæc disciplina, quæ ex concentu universum esse docet. Non enim credibile est neque omnino fieri potest hæc intervalla extra rationem esse posita neque apta inter se et concordantia inveniri, præter unam fortasse lunam ob defectus umbramque terrestrem, de qua una distantia fides adhiberi Archimedi potest, scilicet de ea qua separatur a terra lunaris orbis: quam si quis Archimedis rationem secutus erit, facile platonicum ipsum illud e duplici ac triplici, ut Platoni visum est, intervallum cæteraque intervalla, numero comprehendet. Jam si, ut Archimedi placet, lunam inter et superficiem terræ 5,544,130 stadiorum intervallum est, facile, his numeris bis ac ter sumptis, cæterorum etiam invenientur intervalla, tanquam una sumpta parte illo numero stadiorum quo luna a terra distat. Sed cæteros numeros quos Archimedes de intervallis inter sidera errantia positos affirmat neutiquam ex concinentibus inter se rationibus constare facile intelliges, si perspicias quan-

2. ἀλογα δὲ cod. — 3. ἀποσλήματα cod. etiam alibi sæpius. — 7. τὰ Schneid.; τὰς cod. Mill. — 8. ἀριθμῶν cod. Mill.; ἀριθμῶ Schneid. — 13-15. Reliqui numeri quorum hic mentio est leguntur in Archimedis opere inscripto Ψαμμίτης, seu De nu-

mero arenæ. De eis autem non veluti certis disserit vir magnus. Illud tantum attendit ut manifesto appareat arenam quæ in mundo continetur numerari posse et numeris designari, etiamsi amplitudo mundi major effingeretur.

πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐν τίσιν λόγοις εἰσὶ κατανοήσαντας· μὴ εἶναι δὲ ἐν ἀρμονίᾳ καὶ συμφωνίᾳ ταῦτα, τοῦ καθ' ἀρμονίαν συνεσιῶτος κόσμου ὄντα μέρη, ἀδύνατον. Τοῦ μὲν δὴ πρώτου ἀριθμοῦ ὃν ἀφῄσηκεν ἡ σελήνη τῆς γῆς ὄντος μυριάδ. $\overline{\varphi\nu\delta}$ μονάδων $\overline{\delta\rho\lambda}$, ὁ δεύτερος ἀριθμὸς ὃν ἀφῄσηκεν ἡλίος τῆς σελήνης ὢν μυριάδ. $\overline{\epsilon\kappa\zeta}$, μονάδων $\overline{\beta\epsilon\xi}$, ἐν 5 λόγῳ ἐστὶ πλείονι ἢ ἐννεαπλασίῳ· πρὸς δὲ τοῦτον ὁ ἀνωτέρω ἀριθμὸς ὢν μυριάδ. $\overline{\beta\kappa\zeta}$, μονάδ. $\overline{\beta\epsilon\xi}$, ἐν λόγῳ ἐστὶ [ἐλάττωι ἢ ἡμίσει· πρὸς δὲ τοῦτον ὁ ἀνωτέρω ἀριθμὸς ὢν μυριάδ. $\overline{\epsilon\pi\alpha}$ μονάδων $\overline{\zeta\rho\xi\epsilon}$ ἐν λόγῳ ἐστὶ] πλείονι ἢ διπλασίῳ· πρὸς δὲ τοῦτον ὁ ἀνωτέρω ἀριθμὸς ὢν μυριάδ. $\overline{\delta\nu\delta}$, μονάδων $\overline{\alpha\rho\eta}$, ἐν λόγῳ ἔσται ἐλάττωι ἢ 10 ἐπιτετάρτῳ· πρὸς δὲ τοῦτον ὁ ἀνωτέρω ἀριθμὸς ὢν μυριάδ. $\overline{\beta\kappa\zeta}$ μονάδων $\overline{\epsilon\xi\epsilon}$, ἐν λόγῳ ἐστὶ πλείονι ἢ ἡμίσει· πρὸς δὲ τοῦτον ὁ ἀνωτάτω ἀριθμὸς ὢν μυριάδ. $\overline{\delta\lambda\zeta}$, μονάδ. $\overline{\beta\epsilon\xi}$, ἐν λόγῳ ἐστὶν ἐλάττωι ἢ διπλασίῳ.

11. Οὗτοι δὴ οἱ λόγοι ὃ τε πλείων ἢ [ἐννεαπλάσιος καὶ] ἐλάττων 15 ἢ ἡμισυς⁽⁴⁹⁾ καὶ πλείων ἢ διπλάσιος καὶ ἐλάττων ἢ ἐπιτέταρτος καὶ

tum pugnent inter se et quibus rationibus constant. Ut autem non congruant et consonent eæ mundi partes, quum ipse mundus congruenter compositus sit, fieri nequit. Quum igitur primus numerus quo luna a terra distat, 5,544,130 sit, secundus quo sol a luna distat 50,262,065, majori constat ratione quam nonupla. Ad hunc autem supra dictus numerus quum sit 20,272,065, minori constat ratione quam dimidia. Ad hunc autem alter supra dictus numerus quum 50,817,165 sit, majori constat ratione quam duplici. Ad hunc autem quum alter numerus 40,541,108 sit, minori constabit ratione quam superquarta. Ad hunc autem quum alter numerus 20,275,065 sit, majori constat ratione quam dimidia. Ad hunc autem supremus numerus quum 40,372,065 sit, ratione minori quam duplici constat.

11. Istæ igitur rationes, et major quam nonupla, et minor quam dimidia, et major quam duplex, et minor quam superquarta, et major quam

6. πλείων cod.; πλείονι Mill. — ἐλάσσον cod.; ἐλάσσονι Mill.; ἐννεαπλασίῳ recte conjecit Schneid. — 7. Uncis inclusa supplenda esse admonuit Sternius. — 9. τοῦτο cod.; τοῦτον Mill. — 10. ἐπι-

τετάρτῳ] ἐπὶ δὴ (sic) cod. — 11. $\overline{\beta\kappa\zeta}$ Schneid.; $\overline{\beta\kappa\xi}$ cod. Mill. — 12. τοῦτον Mill.; τοῦτῳ cod. — 13-14. ἐστὶ ἐλάττωι cod. Mill. Schneid. — 15. πλείω cod. Uncis inclusa supplevit Schneid.

πλείων ἢ ἡμισυς καὶ ἐλάττων ἢ διπλάσιος ἔξω πασῶν εἰσὶ συμφω-
 νιῶν, ἐξ ὧν οὐκ ἐναρμόνιον τι καὶ σύμφωνον σύστημα' ἂν γένοιτο. Ὁ
 δ' ἅπας κόσμος καὶ τὰ τούτου μέρη κατὰ πάντα ὁμοίως ἐναρμονίως
 καὶ συμφώνως σύγκειται. Οἱ δὲ ἐναρμόνιοι καὶ σύμφωνοι λόγοι σώ-
 5 ζονται, καθάπερ προειρήκαμεν, τοῖς διπλασίοις καὶ τριπλασίοις δια-
 στήμασιν. Εἰ δὴ πεισὶδὸν τὸν Ἀρχιμήδην ἠγησάμεθα ἐν μόνῳ τῷ
 πρώτῳ ἀποστήματι τῷ ἀπὸ σελήνης μέχρι γῆς, ῥάδιον καὶ τὰ λοιπὰ
 κατὰ τὸ διπλάσιον καὶ τριπλάσιον αὐξοντα εὐρεῖν. Ἔστω δὴ κατὰ
 τὸν Ἀρχιμήδην τὸ ἀπὸ γῆς μέχρι σελήνης ἀπόστημα σιαδίων μυ-
 10 ριάδ. φνδ μονάδων δρλ, ἔσται μὲν δὴ τούτου διπλάσιος ἀριθμὸς
 σιαδίων ὧν ἀφέσθηκεν ὁ ἥλιος τῆς σελήνης μυριάδ. ἀρη καὶ ησξ,
 ἀπὸ δὲ τῆς γῆς ἀφέσθηκεν ὁ ἥλιος σιαδίων [μυριάδ.], αχξυ καὶ βτζ,
 καὶ Ἀφροδίτη δὲ ἀφέσθηκεν ἀπὸ μὲν ἡλίου σιαδίων μυριάδ. αχξυ
 καὶ σιαδίου βτζ, ἀπὸ δὲ γῆς μυριάδων γτκς, σιαδίου δψπ. Ἐρμῆς
 15 δὲ Ἀφροδίτης μὲν ἀφέσθηκε σιαδίων μυριάδων βσιζ, σιαδίων ςφκ,
 ἀπὸ δὲ γῆς μυριάδων ε πεντακόσια μδ, σιαδίου ατ. Ἄρης δὲ Ἐρμοῦ
 μὲν ἀφέσθηκε σιαδ. μυριάδ. δλπθ, σιαδίου ζρο, ἀπὸ δὲ γῆς μυ-
 ριάδ. μυριάδα καὶ φλγ, σιαδίου ηνο. Ζεὺς δὲ Ἄρεως μὲν ἀφέσθηκε
 μυριάδ. δυλε, σιαδίου γμ, ἀπὸ δὲ γῆς μυριάδ. [μυριάδα] καὶ δλξδ,

dimidia, et minor quam duplex, extra omnem concentum sunt positæ, unde
 nulla esse potest concordia nullus concentus rerum. Omnis autem rerum
 ordo, quod ad universum et quod ad singula attinet, summa concordia et
 harmonia constat. Incolumis autem concordia et rationum concentus manet,
 ut supra dictum est, duplicibus ac triplicibus intervallis. Si Archimedi cre-
 dendum esse putavimus de hoc uno intervallo quo a terra luna distat, cætera
 bis ac ter sumpta invenire facile est. Ponatur igitur, auctore Archimede, a
 terra lunam distare 5,544,130 stadiis : bis ille sumptus numerus stadio-
 rum numerus erit quo sol distat a luna, 11,088,260, a terra autem distat
 sol 16,632,390, et Venus a sole quidem 16,632,390, a terra autem
 33,264,780, Mercurius a Venere quidem 22,176,520, a terra autem
 55,441,300, Mars a Mercurio 49,897,170, a terra 105,338,470, Jupi-

2. σύστημα γένοιτο cod. Mill. corr. cod. — 17. δτπθ — βρο cod. — 19.
 Schneid. — 3. πάντας cod. Mill.; πάντα γμ Schneidew.; ημ cod. Miller. — δτξθ
 Schneid. — 11. ἀρη cod. — 12. βτγ cod.

σλαδίου αφι. Κρόνος ἀπὸ μὲν Διὸς ἀφῆσθηκε σλαδίων μυριάδ. μυ-
 ριάδα καὶ δρξθ, σλαδίου αφι, ἀπὸ δὲ γῆς μυριάδ. μυριάδας β
 καὶ θρλη, σλαδίου γκ.

12. ⁽⁵⁰⁾ Τίς οὐ θαυμάσει τὴν τοσαύτην φροντίδα μετὰ τοσούτου
 πόνου γεγενημένην ; οὐκ ἀχρεῖος δέ μοι οὕτωσι ὁ Πτολεμαῖος ὁ τού- 5
 των μεριμνητῆς δοκεῖ· τοῦτο δὲ μόνον λυπεῖ, ὡς πρόσφατος γεννη-
 θεὶς οὐκ εὐχρηστος γεγένηται γιγάντων παισίν, οἳ τὰ μέτρα ταῦτα
 ἠγνοηκότες, ἐγγὺς νομίζοντες εἶναι ὑψη οὐρανοῦ, πύργον μάτην ἐπε-
 χείρησαν ποιεῖν, οἷς εἰ κατ' ἐκεῖνο παρὰ τὰ μέτρα διηγήσατο, οὐκ
 ἂν μάτην ἐτετολμήκεισαν. Εἰ δέ τις τούτῳ φάσκει ἀπιστεῖν, μετρή- 10
 σας πειθέσθω· ταύτης γὰρ φανερωτέραν ἀπόδειξιν οὐκ ἔχει πρὸς
 τοὺς ἀπίστους. Ὡ ματαιοπόνου ψυχῆς φυσιώσεως καὶ πίστεως ἀπί-
 στου, ἵνα πάντως Πτολεμαῖος σοφὸς νομίζεται παρὰ τοῖς τὴν ὁμοίαν
 σοφίαν ἠσκηκόσι.

13. Τούτοις ἐν μέρει ἐπισχόντες τινὲς ὡς μεγάλα κρίναντες καὶ 15
 λόγου ἄξια νομίσαντες αἰρέσεις ἀμέτρους καὶ ἀπείρους συνεσή-

ter a Marte 44,353,040, a terra 149,691,510, Saturnus a Jove qui-
 dem 149,691,510, a terra vero 299,383,020.

12. Quis non tantam sollicitudinem tanto cum labore conjunctam ad-
 mirabitur? Neque vero inutilis mihi videtur Ptolemæus ille qui ea omnia
 perscrutatus est: unum hoc doleo, quod recentissimo tempore natus non
 potuit gigantum filios edocere, qui, quum mensuras has ignorarent, cælum
 quam proximum esse rati, turrim ædificare frustra tentaverunt: quod in-
 ceptum, si præsens Ptolemæus hasce mensuras ipsos edocuisset, nunquam
 audaces suscepissent. Si quis autem se his rationibus diffidere profitebitur,
 ipse metiatur cælum ut deinde fidem adhibeat: nullam enim perspicuam
 magis quam ista demonstrationem proferre potest, ut non credentes refellat.
 O vane laborantis animi tumorem ac fidem infidam id agentis ut omnino sa-
 piens Ptolemæus habeatur apud eos qui eandem sapientiam sunt professi.

13. Hæc nonnulli, alius post alium, sectati et magna rati et studio digna
 arbitrati, immensas et infinitas hæreses constituerunt. Ex quibus unus qui-

2. δρξθ Schneid.; δρξδ cod.; δρξδ ριάδα καὶ θρλη Mill. — 7. πᾶσιν cod.
 Mill. — 2-3. μυριάδας β καὶ θρλη — 9. οἷς ὡς εἰ cod. — 12. ματαιοπόνου
 Schneid.; μυριάδα καὶ θρλη cod.; μυ- καὶ cod. — 13. πάντων cod.

σαντο. Ὡν εἷς μὲν Κολάρβασος, ὃς διὰ μέτρων καὶ ἀριθμῶν ἐκλί-
 θεσθαι Θεοσέβειαν ἐπιχειρεῖ· καὶ ἕτεροι δὲ ὁμοίως οὓς ἐπιδείξομεν,
 ἐπὰν τὰ περὶ αὐτῶν ἀρξώμεθα λέγειν, οἱ Πυθαγορείῳ ψήφῳ ὡς
 δυνατῇ προσέχουσι καὶ τὴν ἀσφαλῆ φιλοσοφίαν δι' ἀριθμῶν καὶ στοι-
 5 χείων σχεδιάζουσι, μαντευόμενοι μάταια· ὧν ὁμοίως λόγους ἐρανι-
 σάμενοί τινες ἀποπλανῶσιν ἰδιώτας, προγνωστικούς ἑαυτοὺς φά-
 σκοντες, ἔσθ' ὅτε διὰ τοῦ πολλὰ μαντεύεσθαι ἐν ἐπιτυχάνοντες καὶ
 ἐπὶ μὲν τοῖς πολλοῖς ἀποτεύγμασι μὴ αἰδούμενοι, ἐπὶ δὲ τῷ ἐνὶ
 ἐγκομπάζοντες. Οὐδὲ τούτων τὴν ἄσοφον σοφίαν παραπέμψομαι⁽⁵¹⁾,
 10 ἀλλ' ἐκθέμενος τοὺς ἐκ τούτων ἐπιχειροῦντας Θεοσέβειαν συνιστᾶν
 ἐλέγξω ῥίξης ἀσυστάτου καὶ πανουργίας ἀναπλέου ὄντας μαθητάς.

β'. Περὶ μαθηματικῶν.

1. Οἱ μὲν οὖν διὰ ψήφων τε καὶ ἀριθμῶν στοιχείων τε καὶ ὄνο-

dem Colarbasus ipsam pietatem ac religionem numeris ac mensuris aggressus est exponere; et similia fecerunt alii, quos producemus, quando de iis sermo incidit: qui Pythagoreum calculum tanquam potentissimum amplexi, certam philosophiam per numeros et elementa condere conantur, vana vaticinantes. Quorum rationes surripuerunt hæretici quidam, ut imperitos fallerent, et se prognosticos esse ac futuri divinatores jactant, qui ex prædictis multis unum aliquod interdum assecuti, minime quidem propter innumeros errores erubescunt, maxime vero propter unum illum eventum superbiunt. Ne istorum quidem insipientem sapientiam prætermittam, sed postquam confutavero illos qui ex his religionem constituere sunt conati, hos etiam disciplinæ infirmæ et fallacis sectatores esse comprobabo.

II. DE MATHEMATICIS.

1. Qui igitur per calculos et numeros et elementa et nomina vaticinari

2. ἐπιρρεῖ cod. — ὁμοίους cod. Mill. — 5. an ὁμῶς? Schneid. — ἐρανίσασμεν· οἱ τινες cod. — 6. πρὸς γνωστικούς cod. corr. Mill. — 11. ῥίξης forsitan legendum δόξης. Sed conf. supra, p. 55, l. 11. — καὶ πανουργίας Schneid.; καινουργίας cod.; καινουργία Mill. — ἀναπλέου ὄντας Schn.; ἀναπλέοντας cod.; ἀναπλεοῦντας τοὺς

Mill. — CAP. II, l. 12 et sq. De numeris queis utebantur gnostici et de occultis eorum mysteriis, cf. Kircher, *Œdipi Ægypt.* t. II, part. I (Romæ, 1653), p. 209; *De cabala Hebræorum.* — ejusdem *Arithmolog.* lib. *De arithmomantia Gnosticor.* cap. VIII; *De cabala Pythagorica.* — Schott. *Technica curiosa.* — Mersenni *Comment. in Gen.*

μάτων μαντεύεσθαι νομίζοντες ταύτην ἀρχὴν ἐπιχειρήσεως τοῦ κατ' αὐτοὺς λόγου ποιοῦνται, φάσκοντες πυθμένα εἶναι ἐκάστου τῶν ἀριθμῶν, ἐπὶ μὲν τῶν χιλιάδων τοσαύτας μονάδας, ὅσαι ἂν ᾧσι χιλιάδες, οἷον τῶν ἑξακισχιλίων ὁ πυθμὴν μονάδες ἕξ, τῶν ἐπτακισχιλίων μονάδες ἐπτά, τῶν ὀκτακισχιλίων μονάδες ὀκτώ, καὶ ἐπὶ 5 τῶν λοιπῶν ὁμοίως κατὰ τὰ αὐτά· καὶ ἐπὶ τῶν ἑκατοντάδων, ὅσαι ἂν ᾧσιν αἱ ἑκατοντάδες, τοσαῦται μονάδες ὁ πυθμὴν ἐστίεν αὐτῶν· οἷον τῶν ἐπτακοσίων ἐπτά εἰσιν ἑκατοντάδες· ὁ πυθμὴν αὐτῶν ἐπτά μονάδες· τῶν ἑξακοσίων ἕξ ἑκατοντάδες· ὁ πυθμὴν αὐτῶν ἕξ μονάδες. Τὸ ὁμοίον καὶ ἐπὶ τῶν δεκάδων· τῶν μὲν ὑγδοήκοντα μο- 10 νάδες ὀκτώ, τῶν δὲ ἑξήκοντα μονάδες ἕξ, τῶν τεσσαράκοντα μονάδες τέσσαρες, τῶν δέκα μονὰς μία. Ἐπὶ δὲ τῶν μονάδων, πυθμὴν αὐταὶ εἰσὶν αἱ μονάδες, οἷον τοῦ ἑννέα ὁ ἑννέα, τοῦ ὀκτὼ ὁ ὀκτώ, τοῦ ἐπτά ὁ ἐπτά. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν στοιχείων ποιεῖν δεῖ· ἑκάστον γὰρ στοιχεῖον κατὰ τινα τέτακται ἀριθμὸν, οἷον τὸ $\bar{\nu}$ πεντή- 15 κοντα μονάδων ἐστίεν· τῶν δὲ πεντήκοντα μονάδων πυθμὴν ἐστίεν

se posse arbitrantur hoc instituunt esse principium artis suæ, in quoque numero fundum inesse, in chiliadibus quidem tot monadas quot sunt chiliades; sic fundus sex millium est sex monades, et septem millium fundus est septem monades, et octo millium octo monades et cæterorum numerorum similiter fundus habetur. Eadem ratione et in hecatontadibus fundus invenitur; quot sint hecatontades, tot monades constituunt fundum earum. Ita in septingentis insunt septem hecatontades, quarum fundus septem monades, et in sexcentis sex insunt hecatontades, quarum fundus sex monades. Item et in decadibus res sese habet. In octogenario numero fundum octo monades efficiunt; in sexagenario sex; in quadragenario quatuor; in denario una monas. Monadum autem fundi sunt ipsæ monades, ut novenarii numeri novem, octonarii octo, septenarii septem. Ita et in litteris habendum est. Unaquaque enim littera ad aliquem numerum indicandum ordinata est, veluti littera $\bar{\nu}$ quæ quinquaginta monadas indicat. Quinquaginta autem monadam

2. αὐτήν cod. — 9. ἑξηκοντάδες cod. τὸν κατὰ μονάδων $\bar{\eta}$ cod.; ἐὰν τὸ $\bar{\nu}$ κατὰ — τρεῖς cod. Leg. ἕξ, nisi exciderunt eadem verba de τριακόσιοι Mill. — 15-16. ea jungens. — 16 τῶν δὲ Schneid.; τῶν τὸ $\bar{\nu}$ πεντήκοντα μονάδων ἐστίεν Schneid.; cod. Mill.

ὁ πέντε, καὶ τοῦ $\bar{\nu}$ στοιχείου ⁽⁵²⁾ πυθμὴν ἔστιν ὁ πέντε. Ἐστὶ ἕκ
του ὀνόματος τινὰ τούτου πυθμένας λαβεῖν. Οἷον τοῦ Ἀγαμέμνων
ὀνόματος γίνεται τοῦ μὲν $\bar{\alpha}$ μονὰς μία, τοῦ δὲ $\bar{\gamma}$ μονάδες τρεῖς, τοῦ
ἄλλου $\bar{\alpha}$ μονὰς μία, τοῦ $\bar{\mu}$ μονάδες $\bar{\delta}$, τοῦ $\bar{\epsilon}$ μονάδες $\bar{\epsilon}$, τοῦ $\bar{\mu}$ μο-
5 νάδες $\bar{\delta}$, τοῦ $\bar{\nu}$ μονάδες πέντε, τοῦ $\bar{\omega}$ μονάδες $\bar{\eta}$, τοῦ $\bar{\nu}$ μονάδες $\bar{\epsilon}$,
ὁμοῦ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔσονται $\bar{\alpha}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\alpha}$, $\bar{\delta}$, $\bar{\epsilon}$, $\bar{\delta}$, $\bar{\epsilon}$, $\bar{\eta}$, $\bar{\epsilon}$. ταῦτα συντεθέντα
ποιοῖ μονάδας λς. Πάλιν τούτων πυθμένας λαμβάνουσι, καὶ γίνον-
ται τῶν μὲν $\bar{\lambda}$ τρεῖς, τῶν δὲ ἕξ αὐτὰ τὰ ἕξ· συντεθέντα οὖν τὰ τρία
καὶ τὰ ἕξ ποιοῖ ἑννέα, τῶν δὲ ἑννέα πυθμὴν ὁ ἑννέα. Κατέληξεν
10 οὖν τὸ Ἀγαμέμνων ὄνομα εἰς τὸν ἑννέα πυθμένα. Ἐστὶ τὸ αὐτὸ καὶ
ἐπὶ ἄλλου ὀνόματος ποιεῖσαι τοῦ Ἑκτωρ. Τὸ Ἑκτωρ ὄνομα ἔχει στοι-
χεῖα $\bar{\epsilon}$ καὶ κάππα καὶ ταῦ καὶ $\bar{\omega}$ καὶ $\bar{\rho}$. Τούτων πυθμένες $\bar{\epsilon}$, $\bar{\beta}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\eta}$,
 $\bar{\alpha}$. ταῦτα συντεθέντα ποιοῖ μονάδας ιθ. Πάλιν τῶν δέκα πυθμὴν εἰς,
τῶν ἑννέα ἑννέα, ἃ συντεθέντα ποιοῖ δέκα· τοῦ δέκα γίνεται πυθμὴν
15 μονάς. Ψηφισθὲν οὖν τὸ Ἑκτωρ ὄνομα ἐποίησε πυθμένα μονάδα.

fundus quinariū est numerus, et fundum litteræ $\bar{\nu}$ habemus, quinariū sci-
licet numerum. Ponamus igitur aliquem ex aliquo nomine fundos extrahere;
sic in Agamemnonis nomine (Ἀγαμέμνων) insunt littera α id est monas una,
 γ monades tres, secunda α monas una, $\bar{\mu}$ monades quatuor, ϵ monades
quinque, $\bar{\mu}$ monades quatuor, $\bar{\nu}$ monades quinque, ω monades octo, $\bar{\nu}$ mo-
nades quinque, quæ quidem elementa in unum coacta indicabunt, 1, 3,
1, 4, 5, 4, 5, 8, 5, et collecta faciunt 36 monadas. Rursus duorum ho-
rum numerorum fundos sumunt et habent tricenarii numeri fundum tres
et senarii sex; conflata igitur tres et sex faciunt novem: novenarii autem
numeri fundus est novem. Desinit igitur Agamemnonis nomen in fundo qui
novem est. Liceat autem eadem experiri in alio nomine, Hectoris dico.
Nomen istud (Ἑκτωρ) quinque litteras habet, nempe, ϵ , κ , τ , ω , ρ ; horum
fundi sunt 5, 2, 3, 8, 1. Quæ conflata faciunt 19 monadas. Rursus denarii
numeri fundum habemus unam monadem et novenarii novem monadas,
quæ computata efficiunt decem, et hujusce numeri fundus est monas. Com-
putato igitur Hectoris nomine habemus fundum monadem. At promptius

2. τινὰς cod.; τοὺς Schneidew.; legen- κε. cod. — 11-12. στοιχεῖα $\bar{\epsilon}$ Ræper.;
dum τινὰ. — 3. τοῦ μὲν Schneidew.; τὸ στοιχεῖα πέντε cod.; στοιχεῖα πέντε,
μὲν cod. Miller. — 6. $\bar{\delta}$, $\bar{\epsilon}$, $\bar{\eta}$, $\bar{\epsilon}$] $\bar{\delta}$. $\bar{\epsilon}$ Mill.

Εύκολώτερον δέ ἐστὶ τὸ οὕτως ποιεῖν· τοὺς εὐρεθέντας ἐκ τῶν στοι-
 χείων *πυθμένας*, ὡς νῦν ἐπὶ τοῦ Ἑκτορος ὀνόματος εὐρομεν *μονά-*
δας $\overline{\iota\theta}$, εἰς ἑννέα μέριζε καὶ τὸ περιλειπόμενον *πυθμένας* λέγε· οἷον
 τὰ $\overline{\iota\theta}$ εἰς ἑννέα μερίζω, περιλείπεται *μονάς*, ἑννάκις γὰρ δύο 5
 $\overline{\iota\eta}$, καὶ λοιπὴ *μονάς*. Ἐὰν γὰρ ὑφέλω τῶν $\overline{\iota\theta}$ τὰ δεκαοκτώ, λοιπὴ
μονάς· ὥσπερ τοῦ Ἑκτωρ ὀνόματος *πυθμὴν* ἔσθαι *μονάς*. Πάλιν τοῦ
 Πάτροκλος ὀνόματος *πυθμένες* εἰσὶν ἀριθμοὶ οὗτοι, $\overline{\eta}$, $\overline{\alpha}$, $\overline{\gamma}$, $\overline{\alpha}$, $\overline{\zeta}$,
 $\overline{\beta}$, $\overline{\gamma}$, $\overline{\zeta}$, $\overline{\beta}$ · συντεθέντες⁽⁵³⁾ *ποιοῦσι μονάδας* $\overline{\lambda\delta}$. Τούτων τὸ λοιπὸν
μονάδες ἐπὶ $\overline{\lambda}$, τῶν $\overline{\lambda}$ *τρεῖς*, καὶ τῶν $\overline{\delta}$ αὐταὶ αἱ $\overline{\delta}$. *Πυθμὴν* οὖν εἰσὶ
 τοῦ Πάτροκλος ὀνόματος *μονάδες* $\overline{\zeta}$. Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὸν ἑνεαδικὸν 10
κανόνα ψηφίζοντες [τὸ] ἑννατον λαμβάνουσι τοῦ ἀθροισθέντος ἐκ τῶν
πυθμένων ἀριθμοῦ, καὶ τὸ περιλειφθὲν πλῆθος τῶν *πυθμένων* ὀρί-
 ζονται, οἱ δὲ κατὰ τὸν ἑβδοματικὸν τὸ ἑβδομον· οἷον εὐρέθη ἐπὶ
 τοῦ Πάτροκλος ὀνόματος τὸ ἐπὶ τῶν *πυθμένων* ἀθροισμα *μονάδες*

est eadem perficere hoc modo : repertos ex elementis fundos, ut nunc in
 Hectoris nomine invenimus monadas 19. Has in novem divide et quod re-
 linquitur fundum voca. Etenim si 19 in novem divido, relinquitur unum;
 novies enim duo efficiunt 18, et reliquum est unum. Nam si subduxero 18,
 relinquetur unum, et ita Hectoris nominis fundus erit monas. Rursus in
 nomine Πάτροκλος fundi insunt hi numeri, 8, 1, 3, 1, 7, 2, 3, 7, 2 : qui
 computati faciunt monadas 34. Horum reliquum habemus, monadas dico
 septem; tricenarii enim numeri fundus est ternarius, et quaternarii quater-
 narius. Fundum igitur Patrocli nominis monades 7 constituunt. Qui autem
 computant secundum novenariam normam, nonam sumunt partem numeri
 qui ex fundis collectis effectus est et quod relinquitur pro summa fundorum
 habent; qui autem secundum septenariam normam computant, septimam
 sumunt partem; ita reperta est in Patrocli nomine fundorum summa 34,

4 sq. Confer Corn. Agripp. *De vani-
 tate et incertitudine scientiarum*, cap. xv,
De sorte pythagorica; Terentiani Mauri,
De litteris et syllabis et metris opus, qui
 de eisdem nominibus sic ait :

Et nomina tradunt, ea litteris peracta,
 Hæc ut numeris pluribus, illa sunt minutis,
 Quandoque subibunt dubiæ pericla pugnæ,

Major numerus qua steterit, favere palmam,
 Præsagia leti minima patere summa.
 Sic Patroclon olim Hectorea manu perisse,
 Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.
 (Vers. 267-273.)

5. ὑφέλω Ræp. coll. p. 79, 31; ἀφελῶ
 cod. Mill. — 8. λοιπὸν] ἐλαττον cod. Mill.
 — 11. τὸ add. Mill.

$\overline{\lambda\delta}$ · τοῖτο μερισθὲν εἰς ἑβδομάδας ποιεῖ $\overline{\delta}$, ὃ ἐστὶ $\overline{\kappa\eta}$ · λοιπαὶ μονάδες ἕξ· λέγει ὅτι ὁ πυθμὴν τοῦ Πάτροκλος ὀνόματος εἰσὶν ἕξ κατὰ τὸν ἑβδοματικόν. Εἰ δὲ ἔσται $\overline{\mu\gamma}$, τὸ ἑβδομον λέγει $\overline{\mu\beta}$, ἐπὶ ἅκισ γὰρ ἕξ $\overline{\mu\beta}$, καὶ λοιπὸν ἓν. Μονὰς οὖν γίνεται ὁ πυθμὴν ὁ ἀπὸ τῶν $\overline{\mu\gamma}$
 5 κατὰ τὸν ἑβδοματικόν. Δεῖ δὲ προσέχειν ἕαν ὁ ληφθεὶς ἀριθμὸς μεριζόμενος ἀπαρτίσῃ, οἷον ἕαν ἕκ τινος ὀνόματος συντιθεὶς τοὺς πυθμένας εὖρω λόγου χάριν μονάδας $\overline{\lambda\varsigma}$ · ὁ δὲ $\overline{\lambda\varsigma}$ μεριζόμενος εἰς τὸν ἑννέα $\overline{\delta}$ ἀπαρτίζει ἑννεάδας (ἑννάκισ γὰρ $\overline{\delta}$ $\overline{\lambda\varsigma}$, καὶ οὐδὲν περιλείπεται)· τὸν πυθμένα οὖν αὐτὸν τὸν $\overline{\vartheta}$ δῆλον εἶναι. Κἂν πάλιν
 10 τὸν τεσσαράκοντα πέντε ἀριθμὸν μερίζοντες εὖρωμεν ἀπαρτίζοντα ἑννέα· καὶ γὰρ ἑννάκισ πέντε $\overline{\mu\epsilon}$, καὶ λείπεται οὐδέν· ἐπὶ τῶν τοιούτων αὐτὸν τὸν ἑννέα λέγουσι πυθμένα. Καὶ ἐπὶ τοῦ ἑβδοματικοῦ ὁμοίως, ἕαν λόγου χάριν τὸν $\overline{\kappa\eta}$ εἰς τὸν ἐπὶ ἅκισ μερίζοντες ἀπαρτίσωμεν (ἐπὶ ἅκισ γὰρ $\overline{\delta}$ $\overline{\kappa\eta}$, καὶ περιλείπεται οὐδέν), τὸν ἐπὶ ἅκισ
 15 λέγουσι πυθμένα. Ὅταν μέντοι ψηφίζη τὰ ὀνόματα καὶ εὕρισκῃ δις

quæ in septimas partes divisa efficit quatuor, quo fiunt 28; supersunt monades sex : dicit fundum Patrocli nominis esse sex secundum septenariam normam. Quod si autem habeamus 43, dicit numerum septenarium esse 42 : septies enim sex repetitum facit 42, et reliquum unum est. Monas igitur fit fundus numeri 43 secundum septenariam normam. Animadvertendum autem est an numerus qui sumitur et dividitur nil reliquum habeat : ita, si ex aliquo numero fundos constituens reperero, exempli gratia, monadas 36, ex hoc numero in novem diviso fiunt quatuor enneades (novies enim quatuor 36 efficit nec quidquam superest). Ipsum igitur fundum novem esse manifestum est. Et rursum, si numerum 45 dividemus, reperiemus numerum novenarium, neque quidquam supererit (novies enim quinque facit 45, nec quidquam reliquum est) ; in his novenarium dicunt fundum esse. Et similiter in septenario ; si enim, exempli gratia, 28 dividemus in septem partes, æquiparabimus eas. Septies enim quatuor efficiunt 28, et, quum nihil superest, septem dicetur fundus. Quum autem computentur nomina et eadem littera bis inve-

5. λειφθεὶς cod. Mill. ; ληφθεὶς Schn. Mill. corr. Schneid. — 15. εὕρισκει cod. ; — 6. συντεθειὶς cod. — 9. Κἂν] Καὶ cod. εὕρισκῃ Mill. Mill. — 12-13. τοὺς ἑβδοματικούς cod.

τὸ αὐτὸ γράμμα, ἅπαξ αὐτὸ ⁽⁵⁴⁾ ψηφίζει, οἷον τὸ Πάτροκλος ὄνομα καὶ τὸ $\bar{\rho} \bar{\alpha}$ δις ἔχει καὶ τὸ \bar{o} δις, ἅπαξ οὖν τὸ $\bar{\alpha}$ ψηφίζουσι καὶ ἅπαξ τὸ \bar{o} . Κατὰ τοῦτο οὖν *πυθμένες* ἔσονται $\bar{\eta}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\alpha}$, $\bar{\zeta}$, $\bar{\beta}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\beta}$, καὶ *συντεθέντες* ποιοῦσι μονάδας $\bar{\kappa}\bar{\zeta}$, καὶ ἔσται *πυθμὴν τοῦ ὀνόματος* κατὰ μὲν τὸν ἑννεαδικὸν αὐτὸς ὁ ἑννέα, κατὰ δὲ τὸν ἑξο- 5
ματικὸν ἕξ. Ὁμοίως Σαρπηδῶν ψηφισθεὶς ποιεῖ μονάδας κατὰ τὸν ἑννεαδικὸν δύο, Πάτροκλος δὲ ποιεῖ μονάδας $\bar{\vartheta}$ · νικᾷ Πάτροκλος. Ὅταν γὰρ ἦ ὁ μὲν εἰς περισσός, ὁ δὲ ἕτερος ἄρτιος, ὁ περισσὸς νικᾷ, εἰ μὲν μείζων ἦ. Πάλιν δὲ εἰ μὲν ἦ ὀκτὼ ἄρτιος καὶ πέντε περισσός, ὁ ὀκτὼ νικᾷ, μείζων γὰρ ἔστιν. Εἰ δὲ εἰσὶν ἀριθμοὶ δύο οἷον ἀμφό- 10
τεροι ἄρτιοι ἢ ἀμφοτέρωτεροι περισσοί, ὁ ἐλάσσων νικᾷ. Πῶς δὲ ὁ Σαρπηδῶν κατὰ τὸν ἑννεαδικὸν ποιεῖ μονάδας δύο; παραλείπεται γὰρ τὸ $\bar{\omega}$ στοιχεῖον· ὅταν γὰρ ἦ ἐν ὀνόματι στοιχεῖον $\bar{\omega}$ καὶ $\bar{\eta}$, παραλιμπάνουσι τὸ $\bar{\omega}$ ἐνὶ στοιχειῷ χρώμενοι· ἰσοδυναμεῖν γὰρ λέγουσι

niatur, hæc semel supputatur. Ita Patrocli nomen et $\bar{\rho} \bar{\alpha}$ (id est 1 et 1) et \bar{o} bis habet, semel $\bar{\alpha}$ et semel \bar{o} supputant. Fundi igitur erunt 8, 1, 3, 1, 7, 2, 3, 2, quæ conjunctæ facient septem et viginti monadas, et nominis fundus erit secundum novenariam regulam, novem, et secundum septenariam, sex. Pariter Sarpedon computatus efficit, secundum novenariam, monadas duo; Patroclus vero facit novem. Vincit Patroclus. Quum enim alter numerus impar est, alter autem par, vincit impar si major est. Quod si autem numerus par est octo, et quinque impar, vincit octo qui major est. Sed, si duo numeri sunt, uterque impar, aut uterque par, vincit minor. At quomodo Sarpedon secundum novenariam regulam efficit monadas duo? Omittitur littera ω ; quum enim in nomine insunt litteræ ω et η , omittunt ω et una littera utuntur. Utamque enim aiunt eadem habere potestatem. Bis autem eadem littera

2. Hæc in cod. Mill. et Schneid. turbata sunt. Habent: τὸ $\bar{\omega} \bar{\alpha}$ δις ἔχει. Mill. conjicit legendum esse: οἷον τὸ Πάτροκλος ὄνομα τὸ \bar{o} δις ἔχει· ἅπαξ οὖν τὸ $\bar{\alpha}$ ψηφίζουσι. Κατὰ τοῦτο κ. τ. λ. Schneid. in notis addit; an iste Παπάτροκλος voluit? Sed mihi videtur librarius litteram Π scripsisse pro littera ρ quæ, ut noster vult, eidem numero respondet ac littera α. Vide supra (p. 79-7), ubi fundos qui nomini Πά-

τροκλος insunt sic numerat: $\bar{\eta}$, $\bar{\alpha}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\alpha}$, $\bar{\zeta}$, $\bar{\beta}$, $\bar{\gamma}$, $\bar{\zeta}$, $\bar{\beta}$; inde ait: ἅπαξ τὸ $\bar{\alpha}$ ψηφίζουσι. — 6. Ὁμοίως] δ^π ἕξ cod. — 6-7. Cod. Mill. Schneid. habent: μονάδας κατὰ τὸν ἑννεαδικὸν δύο *πυθμένα*, quæ sensu carent. Delendum est *πυθμένα*. Vide infra eadem repetita: Πῶς δὲ ὁ Σαρπηδῶν κατὰ τὸν ἑννεαδικὸν ποιεῖ μονάδας δύο. — 10. ἦσαν cod. Mill.; εἰσὶν Schneidew. — 12. παραλείπονται cod. Mill. corr.

τὰ ἀμφοτέρα, δις δὲ τὸ αὐτὸ οὐ ψηφίζεται, ὡς ἄνωθεν εἴρηται. Πάλιν Αἴας ποιεῖ μονάδας τέσσαρας, Ἑκτωρ κατὰ τὸν ἐννεαδικὸν ποιεῖ μονάδα μίαν. Καὶ ἔστιν ἢ μὲν τετρὰς ἄρτιος, ἢ μονὰς δὲ περισσὴ. Ἐπεὶ δὲ τῶν τοιούτων τὸν μείζονα ἐλέγομεν νικᾶν, νικᾷ ὁ
 5 Αἴας. Πάλιν Ἀλέξανδρος καὶ Μενέλαος. Ἀλέξανδρος κύριον ἔχει ὄνομα [Πάρις]. Πάρις δὲ ποιεῖ μονάδας κατὰ τὸν ἐννεαδικὸν δ, Μενέλαος δὲ κατὰ τὸν ⁽⁵⁵⁾ ἐννεαδικὸν μονάδας Ϛ, νικῶσι δὲ αἱ ἐννέα τὰς τέσσαρας· εἴρηται γάρ, ὅπταν ὁ μὲν περισσὸς ἦ, ὁ δὲ ἄρτιος, ὁ μείζων νικᾷ, ὅταν δὲ ἀμφοτέροι ἄρτιοι ἢ ἀμφοτέροι περισσοί,
 10 ὁ ἐλάσσων. Πάλιν Ἄμυκος καὶ Πολυδεύκης. Ἄμυκος μὲν ποιεῖ μονάδας δύο κατὰ τὸν ἐννεαδικόν, καὶ Πολυδεύκης δὲ ἐπὶ νικᾷ Πολυδεύκης. Αἴας καὶ Ὀδυσσεὺς ἐπάλαισαν ἐν τῷ ἐπιταφίῳ. Αἴας ποιεῖ κατὰ τὸν ἐννεαδικὸν μονάδας δ, Ὀδυσσεὺς ὀκτώ κατὰ τὸν ἐννεαδικόν· ἄρα οὖν μήτι τὸ Ὀδυσσεὺς ἐπίθετον καὶ οὐ κύριον ἔστιν; ἐνίκησε γάρ. Κατὰ μὲν τοὺς ἀριθμοὺς νικᾷ Αἴας, ἢ δ' ἰστορία Ὀδυσσεῖα παραδίδωσιν. Ἀχιλλεὺς καὶ Ἑκτωρ. Ἀχιλλεὺς κατὰ τὸν ἐννεαδικόν

non supputatur, ut supra diximus. Rursus Ajax (*Αἴας*) efficit quatuor monadas, et Hector (*Ἑκτωρ*), secundum novenariam normam, facit monadem unam. Quatuor vero numerus par est, monas autem impar est. Quoniam autem de his diximus vincere majorem, vincit Ajax. Rursus eodem agitur modo de Alexandro et Menelao. Alexander proprium nomen habet (*Πάρις*). Paris efficit quatuor monadas secundum novenariam normam, et Menelaus (*Μενέλαος*), secundum eandem normam, novem monadas. Novem vero vincit quatuor. Diximus enim, quum alter numerus impar est, alter par est, majorem vincere, et, quum uterque par vel uterque impar, minorem vincere. Rursus, exempli gratia, adducantur Amycus et Polydeuces. Efficit duas monadas Amycus (*Ἄμυκος*) secundum novenariam normam, et Polydeuces (*Πολυδεύκης*) septem. Vincit Polydeuces. Ajax et Ulysses decertaverunt in funebri certamine. Ajax efficit quatuor monadas secundum novenariam normam, Ulysses (*Ὀδυσσεύς*) vero octo secundum eandem normam. An vero nomen Ulyssis imposititium, non proprium est? Vicit enim. Ajax quidem secundum numeros vincit; Ulysses vero vicisse tradit historia. Eodem modo Achilles

2. Ἑκτωρ Mill.; ἕκτον cod. — 4. ἐπι ρις add. Mill. — 13-14. τὸ ἐννεαδικόν cod. — 5. ἐπὶ ρις add. Mill. — 6. Πά- Hic error est in calculo, ut notavit Mill.

ποιεῖ τέσσαρας, ἔκτωρ μίαν· νικᾷ Ἀχιλλεύς. Πάλιν Ἀχιλλεύς καὶ Ἀστεροπαῖος. Ἀχιλλεύς ποιεῖ τέσσαρας, Ἀστεροπαῖος τρεῖς· νικᾷ Ἀχιλλεύς. Πάλιν Μενέλαος καὶ Εὐφορβος. Μενέλαος ἔχει μονάδας ἑννέα, Εὐφορβος ὀκτώ· νικᾷ Μενέλαος. Τινὲς δὲ κατὰ τὸν ἑβδομα-
 τικὸν μόνοις τοῖς φωνήεσι χρῶνται, ἄλλοι δὲ διαστέλλουσιν ἰδίᾳ μὲν 5
 τὰ φωνήεντα, ἰδίᾳ δὲ τὰ ἡμίφωνα, ἰδίᾳ δὲ τὰ ἄφωνα, καὶ τρεῖς
 τάξεις ποιήσαντες λαμβάνουσι τοὺς πυθμένας ἰδίᾳ μὲν τῶν φωνηέν-
 των, ἰδίᾳ δὲ τῶν ἡμιφώνων, ἰδίᾳ δὲ τῶν ἀφώνων, καὶ συγκρίνουσι
 χωρὶς ἕκαστον. Ἄλλοι δὲ οὐδὲ τούτοις τοῖς νενομισμένοις ἀριθμοῖς
 χρῶνται, ἀλλ' ἄλλοις, οἷον ὑποδείγματος ἕνεκα τὸ $\bar{\omega}$ οὐ φέλουσι 10
 πυθμένα ἔχειν μονάδας $\bar{\eta}$, ἀλλὰ $\bar{\epsilon}$, καὶ τὸ $\bar{\xi}$ στοιχεῖον πυθμένα μο-
 νάδας $\bar{\delta}$, καὶ παντοίως σιρεφόμενοι οὐδὲν ὑγιὲς εὐρίσκουσιν. Ὅταν
 μέντοι δεύτερόν τινες ἀγωνίζονται, ἀφ' ἑκατέρου τῶν ὀνομάτων τὸ
 πρῶτον στοιχεῖον ἀφαιροῦσιν, ὅταν δὲ ⁽⁵⁶⁾ τρίτον, τὰ δύο ἑκατέ-
 ρωθεν καὶ τὰ λοιπὰ ψηφίσαντες συγκρίνουσιν. 15

2. Οἶμαι δὲ ἐκδήλως ἐκτεθεῖσθαι καὶ τὴν τῶν ἀριθμητικῶν ἐπί-

et Hector. Achilles (Ἀχιλλεύς), secundum novenariam normam, facit monadas quatuor, Hector unam. Vincit Achilles. Sic etiam Achilles et Asteropæus. Achilles facit quatuor monadas, Asteropæus (Ἀστεροπαῖος) tres; vincit Achilles. Sic etiam Menelaus et Euphorbus. Menelaus habet monadas novem; Euphorbus (Εὐφορβος) octo; vincit Menelaus. Quidam secundum regulam septenariam solum vocalibus utuntur, alii vero discernunt litteras seorsumque ponunt et vocales et semivocales et consonantes, ita tribus ordinibus factis separatim extrahunt fundos, fundos vocalium et semivocalium et consonantium, unumquemque seorsum interpretantes. Alii his usitatis numeris minime utuntur, sed aliis; sic, exempli gratia, nolunt π habere fundum octo, sed illi dant quinque, et litteræ ξ quatuor monadas; et in omnia se versantes nihil sanum inveniunt. Quum vero quidam iterum decertant de numeris, primam litteram auferunt ab unoquoque nominum; quum tertio, duas ab alterutra parte et reliquas supputantes interpretantur.

2. Jam arbitror liquido me exposuisse opiniones arithmeticorum qui per nu-

2. Error in calculo, Mill. — 6. ἰδίᾳ τῶν ἀφ. cod. Mill. corr. — 11. μονάδας add. Mill

νοϊαν δι' ἀριθμῶν καὶ ὀνομάτων τὸ ζῆν διακρίνειν νομιζόντων. Τούτους δὲ κατανοῶ σχολὴν ἄγοντας καὶ ψήφῳ γεγυμνασμένους τεθελήκεναι διὰ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἐκ παιδῶν τέχνης [Φέλειν] εὐδοκιμοῦντας μάντις προσαγορεύεσθαι· οἱ ἄνω κάτω τὰ στοιχεῖα
 5 καταμετροῦντες εἰς λῆρον ἐχώρησαν. Ἐπὶ γὰρ ἀποτύχῳσι, τὸ ἄπορον προβάλλοντες λέγουσι, μήτι τοῦτο ὄνομα γενικὸν οὐκ ἐγένετο ἀλλὰ ἐπίθετον· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσεῶς καὶ Αἴαντος ἐκπεσόντες ἐνεκάλουν. Τίς ἐκ ταύτης τῆς θαυμαστῆς φιλοσοφίας ἀφορμὰς λαβὼν καὶ Φελήσας αἰρεσιάρχης καλεῖσθαι οὐ δοξασθήσεται;

γ'. Περὶ τῆς μετωπισκοπικῆς μαντείας.

10 1. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἕτεραί τις τέχνη βαθυτέρα ἐστὶ παρὰ τοῖς πανσόφοις Ἑλλήνων μεριμνηταῖς, (οἷς εὐχονται μαθητεύειν οἱ αἰρετικοὶ διὰ τὸ ταῖς αὐτῶν δόξαις χρῆσθαι πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῶν ἐπιχειρούμενα, καθὼς ὑποδειχθήσεται μετ' οὐ πολὺ)· αὕτη δὲ ἐστὶ μετωπισκοπικὴ μαντεία, μᾶλλον δὲ μανία, οὐδὲ ταύτην σιωπήσομεν. Εἰσὶν οἱ τοῖς

meros et nomina existimant sese discernere posse qualis futura sit vita. Quos censeo otiantes et calculis exercitatos velle per hanc artem quam didicerunt a pueritia, prædicari se præclaros vates. Qui quidem admodum confuse omnes litteras metientes ad ineptias iverunt. Quum enim eventu excidunt, rem inextricabilem prætendunt dicentes nomen illud (de quo agitur) esse non patrium sed impositivum: sic arguerunt quum in nominibus Ajacis et Ulyssæi exciderunt. Quis autem ansam arripiens ab hac mirabili philosophia et volens hæresiarcha prædicari non inclarescet?

III. DE DIVINATIONE EX VULTUS INSPECTIONE.

1. Sed quum alia sit et gravior disciplina apud hos omniscientes excogitatores græcos (quorum auditores esse hæretici gloriantur, quoniam placita eorum edocti eis utuntur ad opera efficienda quæ aggrediuntur, ut jamjam exponetur); illa autem est divinatio vel potius deliratio secundum vultus inspec-

3. Φέλειν uncis inclusit Mill. — 4. Mill.; διὰ τὸ Schneid. — 13. Μετωπισκοπικὴ cod. In margine cod. legitur: Δόξα Μετωπισκοπικῶν. — 14. δὲ om cod. Mill. Schneid. — CAP. III, l. 11. διὰ τοῦ cod. restit. Schneid.

ἀστρίοις ἀναφέρουσι τὰς μορφὰς τύπων τε ἰδέας καὶ τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὰς κατὰ ἀστέρων γενέσεις ἀναλογιζόμενοι· οὕτω δὲ λέγουσιν. Οἱ ἐν Κριῶ γεννώμενοι τοῖοι ἔσονται· κεφαλῇ ἐπιμήκει, τριχὶ πυρρῶ, ὀφρύσι⁽⁵⁷⁾ συνεζευγμέναις, μετώπῳ ὀξεῖ, ὀφθαλμοῖς γλαυκοῖς, ὑποσάλοις, μῆλοις καθειλκυσμένοις, ἐπίρρινοι, μυκτῆρ- 5
σιν ἠνεωγμένοις, χεῖλεσι λεπτοῖς, γενεῖῳ ὀξεῖ, στόματι ἐπιμήκει. Οὗτοι, φησί, μεθέξουσι φύσεως τοιαύτης· προυννητικοί, ποικίλοι, δειλοί, φρόνιμοι, προσχαριώδεις, ἡσυχιοι, περιέργοι, βουλαῖς ἀποκρύφοις, παντὶ πράγματι κατηρτισμένοι, πλεῖον φρονήσει ἢ ἰσχύι κρατοῦντες, τὸ παρὸν καταγελασταί, γεγραμματοῖς, πιστοί, 10
φιλόνηκοι, ἐν μάχῃ ἐρεθισταί, ἐπιθυμηταί, παιδερασταί, νοοῦντες, ἀπεστραμμένοι ἀπὸ τῶν ἰδίων οἴκων, ἀπαρέσκοντες ἅπαντα, κατήγοροι, ἐν οἴνῳ μανιώδεις, ἐξουθενηταί, κατ' ἔτος τι ἀποβάλλοντες,

tionem, neque eam silentio præteribimus. Sunt qui ad astra referant formas et tyorum ideas et indoles hominum. Etenim de nativitatibus velut astris respondentibus ratiocinantes sic loquuntur : qui sub Ariete nascuntur, tales erunt : capite oblongo, capillis rufis, superciliis conjunctis, fronte acuta, cæruleis oculis et mobilibus, genis pendentibus, longo naso, patulis naribus, exilibus labiis, acuto mento, amplissimo ore. Qui, ut aiunt, sortientur hanc indolem : providi erunt, varii, ignavi, prudentes, gratiis blandi, placidi, seduli, absconditis consiliis, cuilibet rei præparati, magis prudentia quam viribus valentes, derisores præsentium rerum, litterati, fideles, litigiosi, in prælio aggressores, cupidi, pueros amantes, cogitantes, aversi a sua domo, fastidentes omnia, accusatores, in vino dementes, contempto-

1. τυποῦντες ἰδέας cod. Mill. Schneid. Hæc turbant structuram. Ea suo loco mota suspicatur Millerus. Conjicit legendum esse : ἐπεὶ τὰς ἐκάστων (pro κατ' ἀστέρων) γενέσεις ἀναλογιζόμενοι, οὕτω λέγουσι τυποῦντες ἰδέας· οἱ ἐν... Legendum esse censeo : τύπων τε ἰδέας. — 2. δὲ om. cod. Mill.; restit. Schneid. — 3. Οἱ Κριῶ cod.; restit. Mill. — 3-4. ἐπιμήκη, τριχῆ cod.; Mill. corr. — 5. ὑπὸ ἄλλοις cod.; ὑποσάλοις conj. Millerus; ὑπομέλασι Ræperus; ὑπολάλοις Schneid. cui non as-

sentior, quamquam in Anacreonte, ni fallor, λάλον ὄμμα, sed extra poesin nunquam usurpatum. — ἐπίρινος cod. Aliter in cod. Paris. 2494. — 5-6. μυκτῆρσι καθηλωμένοι idem codex. — 6. χεῖλη λεπτὰ ἔχοντες cod. 2494. — 8. δειλοί Mill.; δῆλοι cod.; δειλοί τῆ καρδίᾳ cod. 2494. — 9. χαροποιοὶ cod. 2494. — 11. αἰρεθισταί Cod.; παιδερασταί, νοοῦντες cod. Mill.; παιδεραστίᾳ νοσοῦντες Schneid. — 12. ἀπαρέσκονται cod. — 13. ἔπος Schneid.; ἔτος cod. Mill.

εἰς Φιλίαν εὐχρηστοὶ διὰ τὴν ἀγαθωσύνην · πλεισθίας ἐν ἀλλοτρῖα γῆ ἀποθνήσκουσιν.

2. Οἱ δὲ ἐν Ταύρω τύπων ἔσονται τῶδε · κεφαλῆ στρογγύλη, τριχὶ παχεῖα, μετώπῳ πλατεῖ, τετραγώνοις ὀφθαλμοῖς καὶ ὀφρύσι μεγά-
 5 λαις, μέλασιν, ἐν τῷ λευκῷ φλέβες λεπταί, αἱματώδεις, βλεφάροις μακροῖς, παχέσιν, ὠτίοις μεγάλοις, στόμασι στρογγύλοις, ῥάθωνι παχεῖ, μυκτῆρσι στρογγύλοις, χεῖλεσι παχέσι · τοῖς ὑπεράνω μέ-
 10 ρεσιν ἰσχύουσιν, νωθροὶ γεγεννημένοι ἀπὸ σκελῶν · οἱ αὐτοὶ δὲ φύσεως⁽⁵⁸⁾ · ἀρέσκοντες, νοοῦντες, εὐφρεῖς, εὐσεβεῖς, δίκαιοι, ἄγροικοι, προσχαρεῖς, κοπιαταὶ ἀπὸ ἐτῶν ἰβ', ἐρεθισταί, νωθροί · τούτων ὁ στόμαχος μικρὸς ἐστὶ, πληροῦνται τάχα, πολλὰ βουλευόμενοι, φρόνιμοι, φειδωλοὶ εἰς ἑαυτούς, εἰς ἄλλους δαψιλεῖς, ἀγαθοποιοί, σώματι βραδεῖ · ἐν μέρει εἰσὶ λυπηροί, ἀμελεῖς εἰς Φιλίαν, ὠφέλιμοι διὰ τὸν νοῦν, κακοπαθεῖς.

15 3. Ἐν Διδύμοις τύπος · προσώπῳ κοκκίνῳ, μεγέθει οὐ λίαν μεγάλῳ,

res, quotannis aliquid amittentes, in amicitia utiles propter bonitatem, plerumque alienis in regionibus moriuntur.

2. Qui autem sub Tauro nascuntur, hujusce formæ erunt : capite rotundo, capillis copiosis, fronte lata, quadrangularibus oculis cum superciliis ingentibus, nigris; in albo, venæ exiles; sanguinei coloris; et amplis palpebris spissisque; auribus longis, ore rotundo, naso lato, rotundis naribus, turgentibus labiis; ac superioribus quidem membris valent, infirmi autem sunt in cruribus. Hanc iidem naturam habent: placentes, intelligentes, bona præditi indole, pii, justî, rustici, benevoli, operæ dediti ab annis duodecim, rixatores, pigri; horum stomachus exiguus, brevique satiantur; multa cogitant, prudentes sunt, in semetipsos parci, in cæteros largi, benefici corpore lento; vicissim molesti, incuriosi amicitiae, utiles propter rationem, miseri.

3. Sub Geminis nati ea forma sunt: coccineo vultu, statura non nimium

1. ἀγαθωσύνην cod. — 4. τετραγώνοις cod. Mill.; τετραγώνῳ Schneid. — ὀφθαλμοὺς μέλανας cod. 2494. — 5. μέλασιν] μελαίναις? — βλέβες cod. Mill. corr. — 7. ὑπὲρ ἄνω cod. — 8. ἰσχύουσι, νωθροὶ γε-

γεννημένοι Mill.; ἰσχύουσιν, ὀρθὸς γεγεννημένος cod. — 8-9. φύσεων cod. — 10. αἰρεθισταὶ cod. Mill. corr. — 12. ἀλλήλους cod.; ἄλλους Mill. Schneid. — 13. βραχεῖ cod. Mill.; βραδεῖ Schneid.

μέλεσιν ἴσοις, ὀφθαλμοῖς μέλασιν ὡς ἠλειμμένοις, μήλοισι κάτω τεταμένοις, στίματι παχεῖ, ὀφρῦσι συντεθειμέναις· συγκρατοῦσι πάντα [ἄ] ἔχουσιν, ἔσχατα πλούσιοι, σκνιφοί, φειδωλοὶ ἐκ τοῦ ἰδίου, δαψιλεῖς πρὸς τὰ ἀφροδισιακά, ἐπεικειῖς, μουσικοί, ψεῦσται· οἱ αὐτοὶ δὲ φύσεως· δεδιδαγμένοι, νοοῦντες, περιέργοι, ἰδίᾳ ἀπο- 5 φάσει, ἐπιθυμητικοί, φειδωλοὶ ἐκ τοῦ ἰδίου, δαψιλεῖς, ἥσυχοι, φρόνιμοι, δόλιοι, πολλὰ βουλεύονται, ψηφισταί, κατήγοροι, ἀκαίριμοι, οὐκ εὐτυχεῖς, ἀπὸ γυναικῶν φιλοῦνται, ἔμποροι, εἰς Φιλίαν οὐκ ἐπὶ πολὺ ὠφέλιμοι.

4. Ἐν Καρκίνῳ τύπος· μεγέθει οὐ μεγάλῳ, τριχὶ ὡσπερ κυανῆ, 10 χρώματι ὑποπύρρῳ, στίματι ὀλίγῳ, κεφαλῇ⁽⁵⁹⁾ στρογγύλῃ, με-

excelsa, membris æquis, nigris oculis quasi inunctis, genis infra tortis, amplo ore, superciliis conjunctis; omnia retinent quæ possident, maxime divites, sordidi, suorum parci, in venereis largi, modesti, musici, fallaces; iidem natura sunt edocti, homines cogitationis multæ, operæ studiosiores, suo judicio agentes, libidinosi, suorum parci, largi, placidi, prudentes, subdoli, multa secum perpendunt, calculatores, accusatores, importuni, infelices, a mulieribus amantur, mercatores, non diu utiles ad amicitiam.

4. Sub Cancro nati hac forma sunt: statura haud excelsa, crine velut cæruleo, colore paululum subrufo, exiguo ore, rotundo capite, fronte acuta,

1. μέρεσιν cod. Mill.; μέλεσιν Schn. — 1-2. κάτω τεταμένοις Ræp.; καλῶ γεγενημένων cod. Mill. — συγκρατοῦσι cod. Mill.; συγκροτοῦσι Schneid. — 3. ἄ supplevi. — πλούσια cod. — 4. δαψιλεῖς πραγμάτων ἀφροδισιακῶν, ἐπεικειῖς, μουσικοί, πρὸς τὰ ἀφροδισιακά, ψεῦσται cod. Scribendum: δαψιλεῖς πρὸς τὰ ἀφροδισιακά, unde πραγμάτων ἀφροδισιακῶν, ortum ob solitam structuram cum genitivo, deinde in margine correctum fuerat; correctionem autem librarius alieno loco inseruit, ubi delenda est. In sequentibus eadem expositio repetitur vel librorum culpa qui hæc turbant, vel ipsius Origenis πολυ-

γραφωτάτου qui bis eadem dictavit. Mill. cui non assentior. Hæc enim et sequentia videtur noster deprompsisse ex diversis περὶ τῆς μετωποσκοπικῆς μαντείας libellis. Multa enim quæ præfert inter se discrepant et multa bis leguntur. Id tantum curavisse crediderim nostrum auctorem ut ostenderet quam absurda sint e zodiaci signis vaticinia; itaque diversos vates adduxit qui contraria nuntiarent vel diversis constellationibus eadem attribuerent. — 5. περιέργα cod. — 7-8. καίριμοι cod.; ἀκαίριμοι conj. Mill. — 10-11. κυνὶ ἀχρώματι cod.; κυνὶ, χρώματι Mill.; κυανέν, χρώματι Schneid.

τάπῳ ὄξει, ὀφθαλμοῖς ὑπογλαύκοις, ἰκανῶς καλοῖς, μέλεσιν ὑπο-
 ποικίλοις· οἱ αὐτοὶ φύσεως· κακοί, δόλιοι, βουλαῖς ἀπηρτισμένοι,
 ἀπληστοί, φειδωλοί, ἀχάριστοι, ἀνελεύθεροι, ἀνωφελεῖς, ἀμνή-
 5 μονες, οὔτε ἀποδιδάσιν ἀλλότριον οὔτε ἀπαιτοῦσιν ἴδιον, εἰς Φιλίαν
 ὠφέλιμοι.

5. Ἐν Λέοντι τύπος· κεφαλῇ στρογγύλῃ, τριχὶ ὑποπύρρῳ, με-
 τάπῳ μεγάλῳ ῥυσῶ, ὠτίοις παχεσί, τραχηλιῶται, ἐπὶ μέρει ὑπο-
 φάλακροι, πυρῆροί, ὀφθαλμοῖς γλαυκοῖς, μεγάλαις γνάθοις, στόματι
 παχεῖ, τοῖς ἐπάνω μέρεσι παχεῖς, στήθει μεγάλῳ, τοῖς ὑποκάτω
 10 μέλεσι λεπτοῖς· οἱ αὐτοὶ φύσεως· ἰδίας ἀποφάσεως, ἀσυγκέραστοι,
 ἀρέσκοντες ἑαυτοῖς, ὀργίλοι, θυμώδεις, καταφρονηταί, αὐθάδεις,
 μηδὲν βουλευόμενοι, ἀλαοί, κακόσχολοι, συνήθεις, εἰς πράγματα
 ἀφροδισιακὰ ἐκκεχυμένοι, μοιχοί, ἀναιδεῖς, πίστει ἀναληθεῖς, αἰτη-
 15 μοι, εἰς Φιλίαν ἀνωφελεῖς.

subcæruleis oculis, satis formosis, membris paululum disparibus; iidem
 indole mali, subdoli, in consiliis sollertes, inexasurabiles, parci, in nemi-
 nem grati, illiberales, inutiles, immemores, nec bonum alienum restituunt,
 nec proprium exposcunt, ad amicitiam utiles.

5. Sub Leone nati ea forma sunt : capite rotundo, capillis subrufis, fronte
 magna rugosaque, auribus crassis, collo erecti, ex parte calvastri, rufi,
 cæsiis oculis, magnis genis, lato ore, superioribus partibus crassis, vasto
 pectore, exilibusque partibus infra positis. Iidem hac indole sunt : suis sen-
 sibus firmiter hærentes, inconcinni, semetipsis placentes, iracundi, ani-
 mosi, contemptores, elati, nihil consilio expedientes, haud loquaces, otio
 male utentes, familiares, rebus venereis effuse dediti, mœchi, impudici,
 fide incertissima, efflagitantes, audaces, avari, rapaces, conspicui, in so-
 cietate hominum utiles, ad amicitiam inutiles.

1-2. ὑπὸ ποικίλοις cod. — 4. ἀποδί-
 δωσιν cod. Manilius sub cancro nasci vult
 fœneratores et lucri cupidos (Astronom.
 lib. IV, v. 162-175). — 6. ὑπόπυρρα
 cod.; γλαυκοὶ εἰσὶ καὶ πυρῆροτριχοὶ cod.
 2494. — 9. τὰ ἄνω μείζονα τῶν κάτω
 ἔχοντες cod. 2494, Miller. — 12. βου-
 λόμενοι cod.; βουλευόμενοι Mill. — ἀλαοὶ
 cod. inter lineas scriptum rubris litteris;
 ἀλαοὶ conj. Schneid. — κακόσχολοι cod.
 — ἀσυνήθεις? Schneid. — 15. ὠφέλιαν
 pro Φιλίαν cod.

6. Ἐν Παρθένῳ τύπος · ὀράσει καλῆ, ὀφθαλμοῖς οὐ μεγάλοις ἐπαφροδίτοις, μέλασιν, ὀφρύσι συντεθειμέναις, ἰλαροῖς, κολυμβῶσιν. Εἰσὶ δὲ λεπτοὶ σώματι, ὄψει καλοί, τριχὶ καλῶς συντεθειμένη, μετώπῳ μεγάλῳ, ῥώθωνι προαλεῖ. Οἱ αὐτοὶ φύσεως · εὐμαθεῖς, μέτριοι, ἐννοηταί, παιγνιώδεις, λόγιοι, βραδυλαλοῦντες, πολλὰ 5 βουλευόμενοι, πρὸς χάριν εὐπαραίτητοι⁽⁶⁰⁾, ἠδέως πάντα παρατηροῦντες, καὶ μαθηταὶ εὐφυεῖς, ἃ ἔμαθον κρατοῦσι, μέτριοι, ἐξουθηνηταί, παιδεράσται, συνήθεις, ψυχῇ μεγάλη, καταφρονηταί, πραγμάτων ἀμελεῖς, διδαχῇ προσέχοντες, καλλίονες ἐν ἄλλοις ἢ τοῖς ἰδίοις, πρὸς Φιλίαν ὠφέλιμοι. 10

7. Ἐν Ζυγῷ τύπος · τριχὶ λεπτῇ προαλεῖ, ὑποπύρρῳ, ὑπομήκει · μετώπῳ ὀξεῖ, ῥυσῶ, ὀφρύσι καλαῖς, συντεθειμέναις, ὀφθαλμοῖς καλοῖς, κόραις μέλασιν, ὠτίοις μακροῖς, λεπτοῖς, κεφαλῇ ἐπικεκλιμένη, στόματι μακρῷ. Οἱ αὐτοὶ φύσεως · νοοῦντες, Θεοὺς τιμῶντες,

6. Sub Virgine nati hac forma sunt : specioso visu, oculis haud magnis, venerem indicantibus, nigris, cum superciliis conjunctis, hilaribus, natan-
tibus : sunt autem graciles corpore, ad aspectu formosi, crine bene compo-
sito, fronte grandi, naso prominente. Iidem sunt indole ad discendum apti,
moderati, ingeniosi, jocosos, sapientes, tarde loquentes, multa secum volu-
tantes, ad gratiam exorabiles, libenter omnia observantes, et discipuli in-
geniosi, quæ didicerunt percillant, moderati, omnia pro nihilo habentes,
puerorum amatores, familiares, animo excelso, contemptores, rerum ne-
gligentes, scientiæ intenti, meliores in alienis quam in suis, ad amicitiam
utiles.

7. Sub Libra nati hac forma sunt : capillis tenuibus, prominentibus, sub-
rulis, modice promissis, fronte acuta, rugata, superciliis pulchris, conjunctis,
venustis oculis, pupillis nigris, auribus magnis et gracilibus, capite inclinato,
ore lato. Iidem sunt hac indole : intelligentes, deum colentes, invicem se

2. ὀφρύσι συντεθειμέναις Schneid. ; ὀρ-
θοῖς, συντεθειμένοις cod. Mill. — 3. εἰσὶ
τῇ ἡλικίᾳ σύμμετροι, καὶ τὸ πᾶν σῶμα
τέλειον καὶ ὀρθριον (ὀρθιον?) ἔχουσι cod.
2494. — σώματι ὑπὸ δὲ τοῦ ὄψει καλοῦ cod.
Mill. Schneid. ; καλῶς Mill. ; καλῶ cod.

— 6. εὐπαραίτητοι Ræper. ; ὡς οἱ παρα-
τηρηται cod. Mill. — 9. ἄλλοις cod. ; ἄλλο-
τρίοις conj. Mill. — 12. εὐόφθαλμοι cod.
2494. — 13. μελαίναις? Schneidew. —
14. στόματι. . . νοοῦντες hæc in margine
codicis.

ἀλλήλους καταλαλοῦντες, ἔμποροι, κοπιαταί, πορισμὸν μὴ κατέ-
 χοντες, ψεῦσαι, μὴ φιλοῦντες ἐν πράγμασι πονῆσαι, ἀληθεῖς, ἐλευ-
 θερόγλωσσοι, ἀγαθοποιοί, ἀμαθεῖς, ψεῦσαι, συνήθεις, ἀμελεῖς·
 5 τούτοις οὐκ ἐμποιεῖ ἀδίκως ποιῆσαι μέρος. Εἰσὶ καταφρονηταί, κα-
 ταγελασταί, ὀξεῖς, ἔνδοξοι, ἀκουσταί, καὶ τούτοις οὐδὲν προχωρεῖ,
 πρὸς φιλίαν ὠφέλιμοι.

8. Ἐν Σκορπίῳ τύπος· προσώπῳ παρθενικῷ, εὐμόρφῳ, ἀλυκῷ,
 τριχὶ ὑπομέλανι, ὀφθαλμοῖς εὐμόρφοις, μετώπῳ οὐ πλατεῖ καὶ
 ῥάθωνι ὀξεῖ, ὠτίοις συντεθειμένοις μικροῖς, μετώπῳ ῥυσῶ; ὀφρύσι
 10 σίεναῖς, μήλοισι καθειλκυσμένοις· οἱ αὐτοὶ φύσεως· δόλιοι, κατε-
 σίραμμένοι, ψεῦσαι, ἴδια βουλευματα μηδενὶ ἀνατιθέμενοι, διπλῆ
 ψυχῇ, κακοποιοί, ἐξουθενηταί, μοιχείας ἔνοχοι, εὐφυεῖς, εὐμαθεῖς,
 εἰς φιλίαν ἄχρηστοι⁽⁶¹⁾.

9. Ἐν Τοξότη τύπος· μήκει μεγάλῳ, μετώπῳ τετραγώνῳ, ὀφρύσι
 15 μέσαις, συγκροτουμέναις, τριχὶ συντεθειμένη, προαλεῖ, ὑπόπυρροι.

criminales sermonibus, mercatores, laboriosi, acquisita non servantes, fal-
 laces, non gaudentes in negotiis versari, veraces, liberi lingua, benefici,
 indocti, mendaces, familiares, negligentes, quibus non prodest agere ali-
 quid injuste, contemptores sunt, derisores, acres, illustres, auscultatores,
 et nihil illis prospere succedit; sunt ad amicitiam utiles.

8. Sub Scorpione nati sunt hac forma: vultu virgineo, specioso, salso, crine
 subnigro, venustis oculis, fronte haud explicato, naso acuto, auribus con-
 tractis parvis, fronte rugosa, superciliis angustis, genis pendentibus. Idem
 sunt indole: subdoli, intenti, fallaces, sua consilia nemini committentes,
 duplici mente, malefici, contemptores, ad adulterium propensi, bona in-
 dole, ad discendum apti, ad amicitiam inutiles.

9. Sub Sagittario hæc forma: statura excelsa, fronte quadrangulari,
 mediocribus superciliis et conjunctis; capillis compositis, prominentibus,

1. διαλαλοῦντες ψευδῆ πιστευθήσονται
 cod. 2494. — 2. νοήσει cod.; πονῆσαι
 Mill. — 4. τούτοις οὐκ ἐμποιεῖ ἀδίκως
 ποιῆσαι μέρος quæ interpolata censuit
 et uncis inclusit Mill. — ποιῆσαι μέρος.
 Locutiones similes sunt plures in Veteri
 et Novo Testamento. — 4-5. καταγέλα-

στοι cod. — ὠτακουσταί? Mill. — 8. ὑπο-
 μελαγχρίζοντες cod. 2494. — 10. κα-
 θειλκυσμένοις cod. — 14. εἰσὶ τετράγω-
 νοι cod. 2494. — 15. μεσσαις cod. Mill.
 Schneid.; an μέσαις? R. Scottus. — τρι-
 χῶν τεθειμένη cod.; τριχὶ συντεθειμένη
 Millerus.

Οἱ αὐτοὶ φύσεως · προσχαρεῖς ὡς οἱ πεπαιδευμένοι, ἀπλοῖ, ἀγαθοποιοί, παιδεράσται, συνήθεις, κοπιαταί, φιληταί, φιλούμενοι, ἐν οἴνῳ ἰλαροί, καθάριοι, ὀργίλοι, ἀμελεῖς, κακοί, εἰς φιλίαν ἀχρηστοί, καταφρονηταί, ψυχαῖς μεγάλαις, ὑβριστικοί, ὑπόδουλοι, εἰς κοινωνίαν εὐχρηστοί.

5

10. Ἐν Αἰγοκέρῳ τύπος · σώματι ὑποπύρρῳ, τριχὶ ὑποπολιῶ προαλεῖ, στόματι στρογγύλῳ, ὀφθαλμοῖς ὡς ἀετοῦ, ὀφρύσι συντεθειμέναις, μετώπῳ ἠνοιγμένῳ, ὑποφάλακροι, τὰ ὑποκάτω μέρη τοῦ σώματος ἰσχυρότερα. Οἱ αὐτοὶ φύσεως · φιλόσοφοι, καταφρονηταὶ καὶ τὸ παρὸν καταγελασταί, ὀργίλοι, συγχωρηταί, καλοί, ἀγαθοποιοί, 10 πράγματος μουσικοῦ φιληταί, ἐν οἴνῳ ὀργίλοι, γελοῖοι, συνήθεις, λάλοι, παιδερασταί, ἰλαροί, προσφιλεῖς, φιληταί, ἐρεθίζοντες, εἰς κοινωνίαν εὐχρηστοί.

11. Ἐν Ἰδροχόῳ τύπος · μεγέθει τετράγωνος, στόματι ὀλίγῳ, ὀφθαλμοῖς ὀξεῖσι, λεπτοῖς, γοργοῖς· (ὁ αὐτὸς φύσει) ἐπιτάκτης, ἀχά- 15 ριστός, ὀξύς, εὐχερῶς εὐρίσκων, πρὸς φιλίαν εὐχρηστικός καὶ πρὸς

subrufi. Idem sunt indole : grati, ut bene instituti ; simplices, benefici, puerorum amatores, familiares, laboriosi, amantes, amati, in vino hilares, elegantes, iracundi, negligentes, mali, ad amicitiam inutiles, contemptores, magnanimi, ad injuriam propensi, paululum serviles, societati utiles.

10. Sub Capricorno hæc forma : corpore subrufo, crine subcanescenti et prominenti, ore rotundo, oculis velut aquilæ, superciliis conjunctis, fronte adaperata, fere calvi, inferioribus membris robustiores. Idem indole sunt : philosophi, contemptores, præsentium rerum derisores, iracundi, indulgentes, pulchri, benefici, musices amatores, in vino iracundi, jocosi, sociabiles, loquaces, puerorum amatores, hilares, amœni, amatores, disputantes, societati utiles.

11. Sub Aquario hæc forma : statura quadrangulari, ore exiguo, acutis oculis, tenuibus, torvis. Idem indole dominator inconcinnus, acer, facile inveniens, societati et amicitie utilis. Hujusce speciei homines ex rebus fortuitis

6-7. ὑποπολιᾶ προάλει cod. ; ὑποπολιᾶ προάλει Mill. — 9. ἰσχυρότεροι Millerus ; ἰσχυρότερα codex. — 14. στόματι Schneid. ; σώματι cod. Mill.

κοινωνίαν. ἔτι ἐκ τυχηρῶν πραγμάτων πορίζουσι καὶ τοὺς πο-
 ρισμοὺς ἀπολαύουσιν. Οἱ αὐτοὶ φύσεως · σιγηροί, αἰσχυντηροί,
 συνήθεις, μοιχοί, σκνιφοί, πράγμασι πονοῦμενοι, Φορβιασταί,
 καθάριοι, εὐφρεῖς, καλοί, ὀφρῦσι μεγάλαις · πολλάκις ἐν λεπτοῖς
 5 πράγμασι γίνονται καὶ διάφορον πραγματείαν γυμνάζουσι ⁽⁶²⁾ ·
 ὧτινι ἂν καλῶς ποιήσωσιν, οὐδεὶς αὐτοῖς χάριτας ἀποδιδῶι.

12. Ἐν Ἰχθύσι τύπος · μήκει μέσῳ, ὡς ἰχθύες μετώπῳ ὀξεῖ, τριχί-
 δασεῖα · πολλάκις πολιοὶ ταχέως γίνονται. Οἱ αὐτοὶ φύσεως · ψυχῇ
 μεγάλη, ἀπλοῖ, ὀργίλοι, φειδωλοί, λάλοι, πρώτη ἡλικία ἔσσονται
 10 ὑπνωτικοί, δι' ἑαυτῶν πραγματείαν πρᾶξι θελούσιν, ἔνδοξοι, τολ-
 μηροί, ζηλωτικοί, κατήγοροι, τόπον ἀλλάσσοντες, φιληταί, ὀρχη-
 σται, εἰς φιλίαν ὠφέλιμοι.

13. Ἐπεὶ καὶ τούτων τὴν θαυμασίην σοφίαν ἐξεθέμεθα τὴν τε πο-
 λυμέριμον αὐτῶν δι' ἐπινοίας μαντικὴν οὐκ ἀπεκρύψαμεν, οὐδὲ ἐν οἷς
 15 σφαλλόμενοι ματαιάζουσι σιωπήσομεν. Ἄστων γὰρ ὀνόμασιν εἶδη

quæstus faciunt et eos perdunt. Iidem natura sunt : taciturni, pudibundi, so-
 ciabiles, mœchi, avari, negotiis exerciti, tumultuosi, elegantes, felici indole,
 pulchri, superciliis magnis : sæpe in minimis rebus versantur et curam di-
 versam exercent. Cuiquam si beneficia contulerint nemo eis gratias agit.

12. Sub Piscibus hæc forma : mediocris statura, velut pisces fronte acuta,
 capillis densis; sæpe cani brevi fiunt. Iidem sunt indole : magnanimi, sim-
 plices, iracundi, parci, loquaces; prima ætate erunt somnolenti, per se-
 metipsos res agere volunt, gloriam appetunt, sunt audaces, æmulantur,
 accusatores, locum mutantes, amatores, saltatores, amicitiaæ utiles.

13. Quoniam eorum miram sapientiam exposuimus, operosamque eorum
 per ingenii excogitationes divinationem non celavimus, nunc nec in quibus
 decepti insaniant, tacebimus. Quam enim imbecilles sunt astrorum nomi-

1. ὑγρῶν cod. Mill. Schneidew.; ἀπό-
 ρων? Scottus. Legendum est τυχηρῶν
 quod in codd. breviter scriptum similli-
 mum est vocabulo ὑγρῶν. In Philone le-
 gitur : ἀστατα καὶ τυχηρὰ πράγματα. —
 πορισμοὺς καὶ ἀπολλύουσιν Millerus;
 πορισμοὺς ἀπόλλουσιν codex. — 2. αἰ-
 σχυντηροί] αἰσχυντηροί? Millerus. — 3.
 πράγμασι ποιούμενοι cod. Mill. Schneid.;

πραγματικοί, εὐμενεῖς, οὐ βιασται R.
 Scottus; πράγμασι πολιοῦμενοι, Φορ-
 βασται? Mill. — 4. γεννῶνται cod. Mill.;
 γίνονται R. Scottus. — 4-5. δίφρων cod.
 Mill.; διάφορον R. Scottus. — 5. τινι cod.
 Mill. Schneid. — 9. τῇ πρώτῃ Schneid.
 — 14. ἐπινοίας Ræperus. — 15. σιω-
 πήσομαι cod. Mill.; σιωπήσομεν Schei-
 dewin.

καὶ φύσεις ἀνθρώπων παραβάλλοντες πῶς ἠσθένησαν; τὰ μὲν γὰρ ἄσπρα ἴσμεν τοὺς ἀπ' ἀρχῆς ὀνομάσαντας ἰδίαν κατ' ἔννοιαν ὀνόμασι κεκλημέναι πρὸς τὸ εὖσημα καὶ εὐεπίγνωσθα τυγχάνειν. Τίς γὰρ τούτων ὁμοιότης πρὸς τὴν τῶν ζῳδίων εἰκόνα, ἢ τίς ὁμοία φύσις πρᾶξεώς τε καὶ ἐνεργείας, ἵνα τις τὸν ἐν Λέοντι φάσκη θυμικόν, 5 τὸν δὲ ἐν Παρθένῳ μέτριον ἢ ἐν Καρκίνῳ κακόν, τοὺς δὲ ἐν.....

δ'. Οἱ μαγικοί.

1....[χάρτην] λαβὼν καὶ γράψαι τὸν πυνθανόμενον ἀξιοῖ τί ἂν πυθέσθαι τῶν δαιμόνων θελή [καὶ ἀναλέξασθαι] μόνον. Εἶτα συμπλήξας τὸν χάρτην τῷ παιδί δοὺς ἀποπέμπει καυθησόμενον, ἵν' οἴχ[ηται φέρ]ων ὁ καπνὸς τοῖς δαίμοσι τὰ γράμματα · τοῦ δὲ τὸ κελευσθὲν 10 πρᾶξοντος⁽⁶³⁾ πρῶτα μὲν ἀφαιρεῖ τοῦ χάρτου μοίρας ἴσας · πλείονας

nibus species et naturas hominum comparantes! Scimus enim eos qui a principio astra observaverunt, ea nominibus e propria cujusque notitia sumtis appellavisse, quibus et bene essent conspicua, et facile agnosci possent. Quænam enim his animalibus similitudo esse potest cum figuris astrorum, aut quæ similis natura, sive actis, sive virtute, ut quis dicat sub Leone natum animosum esse, sub Virgine moderatum, sub Cancro malum, sub...

IV. MAGICI.

1.... suscepta charta, (magus) jubet hominem sciscitantem scribere quid sciscitari a dæmonibus velit et illud secum habere; deinde complicatam chartam pueroque datam cremandam igni mittit, ut ad dæmones fumus auferat litteras; hoc autem mandatum exsecuturo primum decerpit chartæ

2. νομίσαντας cod. Mill.; ὀνομάσαντες Schneid. — ἰδίαν κατ' ἔννοιαν Schneid.; ἰδεῖν κατανοεῖν cod. Mill. qui uncis inclusit: ἰδέαν κατανοεῖν Ræper. coll. Sext. Empir. adv. Math. v, § 97. — CAP. IV, l. 7. Hic multa desunt in codice; quæ sequuntur, usque ad βαλὼν τὸν παῖδα, in margine scripta sunt et forsitan melius esset ea in notis seponere; quæ enim post βαλὼν τὸν παῖδα leguntur res easdem mihi videntur

fusius explicare. — χάρτην supplevi. Vide infra. — 8. ὕδατι addit Mill. post θελή, at in codice octo litteræ desunt quarum tertia est α et evanidi vocabuli ultimæ litteræ sunt ασθαι. Inde conjeci ἀναλέξασθαι restituendum esse. — 8-9. συμπλήξας Schneid.; συμπήσας cod. Mill. — 9-10. οἴχεται φέρων Ræper. et Scott.; οἴχ...ων Mill. qui susp. ὀχῆ ἀναβαίνων. — 12. πρᾶξοντος Ræper.; πρᾶξαντος cod. Mill.

δέ τινας σκηπίεται ἐγγράφειν ἑβραϊκοῖς γράμμασι δαίμονας, εἶτα μάγων Αἰγυπτίων θύσας τὸ καλούμενον κῦφι θυμίαμα, ταύτας μὲν ἐπαιωρήσας κατὰ τοῦ θυμιάματος φέρει· ὃ δ' ἔτυχε γράψας ὁ πυνθανόμενος θεῖς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἔκαυ[σεν], εἶτα θεοφορεῖσθαι
 5 δοκῶν, εἰσπεσῶν τῷ μυχῶ μέγα καὶ ἀπηχῆς κέκραγε καὶ πᾶσιν ἀσύνητον· [παρελθεῖν] δὲ πάντας τοὺς παρόντας [κελεύει κεκραγῶ-
 τας] καὶ τὸν Φρήν ἢ τιν' ἕτερον ἐπικαλοῦντας δαίμονα. Ἐπειδὴν εἰσελθόντες παρασιῶσιν οἱ παρόντες, ἐπὶ [στοιβῆς] βαλὼν τὸν
 10 παῖδα πολλὰ ἐπιλέγει αὐτῷ, τοῦτο μὲν ἐλλάδι φωνῆ, τοῦτο δὲ ὡς ἑβραῖδι, τὰς συνήθεις τοῖς μάγοις ἐπαιοιδάς· ὃ δὲ ἐνάρχεται προσπεισόμενος. Καὶ ἔνδον φιάλη ὕδατος πλήρει ἐμβαλὼν χάλκανθον καὶ τήξας τὸ φάρμακον, τὸ δῆθεν ἐξαλειφθὲν χαρτίον δι' αὐτοῦ καταρράνας, τὰ φωλεύοντα καὶ κεκρυμμένα γράμματα πάλιν εἰς φῶς ἐλθεῖν ἀναγκάζει, δι' ὧν μανθάνει ἄπερ ὁ πυνθόμενος ἔγραψε. Καὶ διὰ

partes pares; plures autem fingit se inscribere hebraicis litteris dæmones, deinde offert suffimentum magorum Ægyptiorum, quod vocant κῦφι et sublatas has chartæ partes suffimento addit. Quod autem forte scripserit qui interrogavit positum in carbonibus cremavit; deinde magus a deo moveri visus, irruens in recessum, magnum dissonumque clamorem emittit omnibusque inintelligibilem; præterire autem omnes qui adsunt jubet clamantes et Phren invocantes aut quemdam alium dæmonem. Hi quum ingressi adstant præsentibus, magus puero in culcitam coniecto, multa dicit modo græca lingua, modo velut hebraica, consuetas magis incantationes. Ipse sacrum in oblationem ante ceteros efferens: atque intus in phialam aqua plenam injecto chalcantio, dissolutoque pharmaco, quo deletam scilicet chartam illinit, absconditas celatasque litteras in lucem venire cogit, per quas discit

1. εἶτα Mill.; *eis* τὰ cod. — 2. Αἰγυπτίων ἢ cod. — 4. ἔκαυ[σεν]. Uncis inclusa supplevit Mill. — 6-8. ἀσύνητον... οὐδὲ πάντας τοὺς παρόντας... καὶ τὸν Φρήν ἢ... ἕτερον ἐπικαλοῦντες δαίμονα ἐπειδὴν εἰσελθόντες παρασιῶσιν οἱ παρόντες ἐπὶ... cod. quæ correxi et supplevi e p. 95, 7-9. — 8. In codice legitur *επις* '... cætera desunt; conieci ἐπὶ *στοιβῆς* esse restituendum;

ἐπὶ τὸν μυχὸν vel κοῖτον? Mill.; ἐπὶ κλίνην βαλὼν Ræper. — 10. ἐνάρχεται cod. Schneidew.; ἀνέρχεται Miller; ἀπέρχεται Ræper. — 10-11. προσπεισόμενος cod. Mill. Schneid.; sed post ἐνάρχεται, quod codex habet, legendum est *προσπεισόμενος*. — 11. φιάλη ὕδατος πλήρης sic cod. quem inspexi. πλήρης male legit Miller. — 14. ἄπερ ὑποθέμενος cod.; Mill. correxit.

τοῦ χαλκάνθου δέ τις εἰ γράψει, καὶ τῆς κηκίδος ὑποθυμιάσει λε-
 λειωμένης, Φανερά γένοιτ' ἂν τὰ κεκρυμμένα γράμματα. Καὶ γά-
 λακτι δὲ εἰ γραφείε τις, εἶτα χάρτην καύσας καὶ λειώσας ἐπιπάσας
 τρίψειεν ἐπὶ τοῖς τῷ γάλακτι γεγραμμένοις γράμμασιν, ἔσται πρὸς
 δηλα. Καὶ οὔρον δὲ καὶ γάρον καὶ τιθυμάλου ὀπὸς καὶ συκῆς ποιεῖ 5
 τὸ ὅμοιον. Ἐπειδὴ δὲ ἔμαθε τὴν ἐρώτησιν οὕτως⁽⁶⁴⁾, τίνα χρὴ τρῶ-
 πον ἀποκρίνεσθαι προῦνόησε. Καὶ λοιπὸν εἶσω παρελθεῖν κελεύει
 τοὺς παρόντας δάφνας ἔχοντας καὶ σείοντας καὶ κεκραγότας καὶ τὸν
 Φρῆν ἐπικαλοῦντας δαίμονα· καὶ γὰρ ἐπικαλεῖν τούτοις πρέπει καὶ
 τοῦτο αἰτεῖν παρὰ δαιμόνων ἄξιον, ὃ δι' αὐτῶν παρέχειν οὐ θέλου- 10
 σιν ἀπολέσαντες τὰς φρένας. Τὸ δὲ ἄκοσμον τῆς βοῆς καὶ ὁ ψόφος
 οἷς ἐν ἀπορρήτῳ πεποιηκέναι νομίζεται παρακολουθεῖν ἐκώλυσε.
 Τίνα δὲ ταῦτα ἐσί, καιρὸς λοιπὸν λέγειν. Πολὺ μὲν οὖν τυγχάνει
 τὸ σκότος. Λέγει γὰρ ἀδύνατον τὰ θεῖα ὄραν θνητῆν φύσιν, ἱκανὸν
 γὰρ τὸ ὀμιλεῖν. Κατακλίνας δὲ τὸν παῖδα πρηνηῆ καὶ δύο τῶν γραμ- 15
 ματιδίων ἐκείνων, ἅπερ ἦν ἐγγεγραμμένα ἑβραϊκοῖς δῆθεν γράμμα-

quæ scripserat interrogator. Et si quis chalcantho scribet, tritæque gallæ
 vapore quæ scripta sunt suffumigabit, conspicuæ erunt absconditæ litteræ.
 Et si quis lacte scribet, deinde chartam cremabit teretque et tritam insperget
 litteris lacte efformatis, conspicuæ erunt. Urina etiam et garum et tithymali
 succus et fici similiter agit. Postquam ita didicit quæstionem, providet quo-
 modo debeat respondere; demum introire jubet adstantes, lauri ramos in
 manu tenentes, agitantisque et clamantes et Phren dæmonem invocantes.
 Quem quidem invocari ab his decet, illudque a dæmonibus poscere con-
 venit quod per se ipsi nolunt proferre, mente alienati. Inordinatus autem
 clamor et strepitus ad ea quæ in arcano fieri creduntur animum atten-
 dere impediunt. Quænam autem ea sint, jam tempus est dicere. Magna vi-
 delicet fit obscuritas. Negat enim magus divina a natura mortali videri
 posse, satis enim esse commercium cum illis. Reclinato autem puero in
 præceps, duabusque tabellis istis, quibus inscripta hebraicis litteris dæ-

1. δέ τιςι cod. — 3. χάρτην cod. — λέσαντες cod. — 12. ἐν ἀπορρήτως cod.
 4. τρίψει cod. — 5. οὔρος cod. — 9. ἐπι- — ἐνόμιζε cod. Mill. — ἐκώλυε cod. Mill.
 καλοῦντες cod. — ἐπικαλεῖν] ἐπιγελάειν — 16. ἐγγεγραμμένα cod.
 cod. Mill. — 10. ἀξιοῖ Mill. — 11. ἀπω-

σιν ὡς δαιμόνων ὀνόματα, πλευρᾷ παραθεῖς ἑκατέρω, τὰ λοιπὰ τοῖς ὡσὶν ἐνθήσειν λέγει. Ἔστι δὲ τοῦτο αὐτῷ ἀναγκαῖον, ἵνα τι παραθῆ τοῖς ὡσὶ τοῦ παιδὸς ὄργανον, δι' οὗ πᾶν ἔστι σημᾶναι θέλοντα· ἤχει τε πρῶτον ἵνα φοβηθῆ ὁ παῖς, καὶ δεύτερον ἐπιβομβεῖ,
 5 ἔπειτα τὸ τρίτον λαλεῖ διὰ τοῦ ὄργανου, ἃ λέγειν τὸν παῖδα βού-
 λεται, καὶ τὴν ἔκβασιν τοῦ πράγματος δοκεῖει, εἶτα τοὺς μὲν παρόντας ἡσυχάζειν ποιεῖ, τὸν δὲ ἃ παρὰ τῶν δαιμόνων ἤκουσε σημαίνειν ἀξιοῖ. Τὸ δὲ τοῖς ὡσὶ παρατεθὲν ὄργανον ἔστι φυσικὸν ὄργανον, τῶν μακροτραχήλων γεράνων ἢ πελαργῶν ἢ κύκνων ἀρ-
 10 τηρία· ὧν εἰ μηδέτερον παρῆ, ἔστι καὶ ἕτερα τέχνης ὄργανα ⁽⁶⁵⁾.

monum nomina erant, utrinque lateri appositis, reliqua in aures intromis-
 surum dæmonem dicit. Est autem id ipsi necessarium, ut apponatur quod-
 dam auribus pueri instrumentum, per quod licet quæ quis volet indicare.
 Sonat autem primo, ut puer terreatur, secundo bombum movet, tertio
 loquitur per instrumentum, quod a puero vult dici et rei exitum exspectat;
 deinde eos qui adsunt tacere jubet, et illum quæ a dæmonibus audierit de-
 clarare. Quod autem auribus appositum est instrumentum, instrumentum
 est naturale, nempe arteria gruorum aut ciconiarum aut cygnorum, quibus
 longum collum est; quorum si nullum adest, alia sunt instrumenta arte

3-4. σημᾶναι [ἄ] sive ὅσα θέλει· κατη-
 χεῖ τε πρῶτον conj. Mill. — 4. ἤχει δὲ τὸ
 Schneid.; ἡχοῦντα cod. — τι βομβεῖ cod.;
 ἐπιβομβεῖ Mill. — 5-10. Hæc non potuit
 scribere Origenes; nam idem in libro ter-
 tio περὶ Ἀρχῶν (pag. 144, edit. Bened.)
 scripsit: «Quid autem dicendum est de
 «his etiam quos divinos appellant, a qui-
 «bus per inoperationem dæmonum eorum
 «qui eis præsent, versibus arte modulatis
 «responsa proferuntur? Sed et hi quos
 «magos vel maleficos dicunt, aliquoties
 «dæmonibus invocatis supra pueros parvæ
 «ætatis, versu eos dicere poemata admi-
 «randa omnibus et stupenda fecerunt.»
 Sic Origenes dæmonibus attribuit quæ
 noster Φιλοσοφουμένων auctor declarat
 esse artes et fraudes magorum. De pueris
 magicis dicit Apul. Apol. p. 474: «Me-

«mini me apud Varronem legere: Tralli-
 «bus de eventu Mithridatici belli magica
 «percontatione consulentibus, puerum in
 «aqua simulacrum Mercurii contemplan-
 «tem quæ futura erant centum sexaginta
 «versibus cecinisse. Itemque Fabium,
 «quum quingentos denarios perdidisset,
 «ad Nigidium consultum venisse; ab eo
 «pueros carmine instinctos indicasse ubi
 «locorum defossa esset crumena cum parte
 «eorum, cæteri ut forent distributi: unum
 «etiam denarium ex eo numero habere
 «M. Catonem philosophum, quem se a
 «pedissequo in stipem Apollinis accepisse
 «Cato confessus est. Hæc et alia apud ple-
 «rosque de magicis pueris lego.» — 6. ὡς
 δοκεῖ cod.; δοκεῖει Mill.; ὡς nato ex ul-
 timis voc. πράγματος. — 10. παρῆ ἔστι
 Mill.; παρέστι cod.

αὐλίσκοι γὰρ τινες χάλκεοι τὸν ἀριθμὸν δέκα εἰς ἀλλήλους χωροῦντες, εἰς σιενὸν ἀπολήγοντες εὐάρμοστοι γίνονται, δι' ὧν πρὸς τὸ οὖς ὅσα θελεῖ φθέγγεται. Καὶ ταῦτα ὁ παῖς κατακούων ἐμφόβως ὡς ὑπὸ δαιμόνων λαλούμενα κελευσθεὶς ἀποφθέγγεται. Εἰ δὲ καὶ σκύτος τις ράβδῳ περιθεὶς ὑγρὸν ξηράνας καὶ συναγαγὼν προσαρμόση καὶ ἀπο- 5 σπάσας τὴν ράβδον αὐλίσκου δίκην τὸ σκύτος ἐργάσηται, τὸ ὅμοιον ποιεῖ. Εἰ δὲ τι τούτων μὴ παρῆ, βίβλον λαβὼν ἐπισπασάμενος ἐνδοθεν ὅσον χρήζει ἐπὶ μῆκος ἐκτείνας, τὰ ὅμοια ἐνεργεῖ. Εἰ δὲ προειδείη ὅστις πάρεσσι πεισόμενος, ἐτοιμότερος πρὸς πάντα γίνεται. Εἰ δὲ καὶ τὴν πεῦσιν προμάθη, γράφει τῷ φαρμάκῳ καὶ ὡς 10 ἐμπαράσκευος ἰκανώτερος νομίζεται σαφῶς γράψας τὸ ἐρωτώμενον. Εἰ δὲ ἀγνοεῖ, ὑποτοπάζει καὶ ἀμφίβολον καὶ ποικίλην ἀποφαίνεται τι δεχόμενον μετὰφρασιν, ἵνα τὴν μὲν ἀρχὴν ἄσημος οὖσα ἢ χρησιμοδοσία εἰς πολλὰ ἔσται, ἐπὶ δὲ τῇ ἐκβάσει τῶν συμβησομένων πρὸς τὸ συμβὰν πρὸρρήσις νομίζεται. Εἶτα λεκάνην πληρώσας 15

facta : tibiolæ enim æneæ, numero decem, in se invicem coeuntes, atque in angustum desinentes, idoneæ sunt, per quas in aures quæcumque volet magus enuntiet. Quæ puer exaudiens, cum terrore velut a dæmonibus profata jussus reddit. Si autem et corium quis baculo circumdederit humidum, siccatumque et contractum consuerit, et deinde baculum abstulerit et tibiolæ in modum corium aptaverit, facit idem. Quod si nihil horum in promptu sit, sumptum volumen intus protrahit et quantum opus est in longitudinem extendit et sic idem efficit. Si autem præsciverit quis sit ille qui interrogaturus est, paratior fit ad omnia. Sin autem quæstionem ipsam præsciverit, scribit pharmaco, atque, utpote præparatus, peritior habetur, ut qui, quod petitur, clare scripserit. Sin autem nescit, fingit aliquid et profert quod ambiguam ac variam interpretationem capiat, ita ut primo oraculum istud obscurum ad diversa referatur, in exitu autem, ad id quod evenerit, quidquid fuerit, accommodari possit. Deinde pelvim implet aqua, et chartam

5-6. καὶ ante ἀποσπ. add. Mill. — 8. susp. Mill. — 12. ὑποτοπάζει καὶ Mill. ; Εἰ δὲ Mill. ; οὐδὲ cod. — 9. ὅστις Schn. ; ὑποπλάζεται cod. — ποικίλην Ræp. ; ποιστι cod. Mill. — 11. νομίζεται Schneid. ; κίλον cod. Mill. — 13. τι δεχόμενον ὀνομάζεται cod. ; ὧν δοξάζεται γράψαι Schneid. ; ἐπιδεχόμενον cod. Mill.

ὕδατος ὡς ἀγραφον τὸν χάρτην καθίησι συνεμβαλὼν χάλκανθον·
 οὕτως γὰρ ἀνατέλλει τὴν ἀπόκρισιν φέρων ὁ γραφεὶς χάρτης. Τῷ
 μὲν δὴ παιδίῳ καὶ φαντασίαι φοβεραὶ γίνονται πολλάκις· καὶ γὰρ
 πληγὰς ἐμβάλλει εὐπόρως ἐκφοβῶν. Λίβανον γὰρ εἰς πῦρ ἐμβαλὼν
 5 πάλιν ποιεῖ τοῦτον τὸν τρόπον. Βῶλον τῶν λεγομένων ὀρυκτῶν
 ἀλῶν κηρῷ Τυρρηνικῷ περισκεπάσας καὶ αὐτὸν δὲ λίβανου βῶλον
 διχοτομήσας ἐντίθησι τοῦ ἀλατος χόνδρον, καὶ πάλιν συγκολλή-
 σασ ⁽⁶⁶⁾ ἐπὶ ἀνθράκων καιομένων τιθεὶς ἑᾶ. Τοῦ δὲ συγκαέντος οἱ
 ἅλεις ἀναπηδῶντες φαντασίαν ἀπεργάζονται ὡσπερ ξένου θεάμα-
 10 τος γινομένου· αἱματώδη δὲ φλόγα ποιεῖ τὸ Ἰνδικὸν μέλαν ἐντε-
 θὲν τῷ λίβανωτῷ, καθὼς προείπαμεν. Αἱματώδη δὲ ὑγρασίαν ποιεῖ
 κηρὸν ἀγχούση ἀναμίξας καὶ, ὡς ἔφην, τῷ λίβανωτῷ τὸν κηρὸν
 ἐνθέμενος· ἀνθρακας δὲ κινεῖσθαι ποιεῖ σχισίην ὑποθεὶς στυπλη-
 ρίαν, ἧς λυομένης καὶ δίκην πομφολύγων διοιδούσης κινουῦνται οἱ
 15 ἀνθρακες.

tanquam inanem demittit simulque immittit chalcantum. Sic emergit fe-
 rens responsionem inscripta charta. Puero quidem phantastici terrores sæpe
 fiunt; nam et verberibus aliquando eum percutit quibus prompte terreat.
 — Thus etiam in ignem injiciens rursus hoc modo operatur. Postquam
 frustum quod dicitur fossilis salis circumtextit cera Tyrrenica et simul hoc
 thuris frustum dissecuit, injicit salis granum, rursusque colligatum in ar-
τάς τῶν σοφῶν λεγομένας δόξας, ὧν οὐκ ἄπειροι γενόμενοι, οὔθ' ὑπ' αὐτῶν παραχθήσονται ὡς ἀμαθεῖς, οὔθ' ὑπό τινων πλανηθήσονται ὡς δυνάμει τινι δρώντων, ἀλλ' ἔτι καὶ τοὺς πλανωμένους ἐπιτηρήσουσιν.

- 5 2. Ἰκανῶς οὖν τὰ δόξαντα ἐκθέμενοι λοιπὸν ἐπὶ τὴν τοῦ προκειμένου πραγματείαν χωρήσωμεν, ὅπως δ' ⁽⁸¹⁾ τετάγμεθα περὶ τῶν αἰρέσεων ἐπιδείξαντες ἐκάστοις τε τὰ ἴδια ἀποδοῦναι ἀναγκάσαντες γυμνοὺς τοὺς αἰρεσιάρχας φανερώσωμεν, καὶ ἀφροσύνην τῶν πειθόμενων κατηγορήσαντες πείσομεν παλιδρομεῖν ἐπὶ τὸν τῆς ἀλη-
10 θείας εὐδίου λιμένα. Ἴνα δὲ σαφέστερα τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ ῥηθησόμενα φανῆ, δοκεῖ καὶ [τὰ] τῷ Ἀράτῳ πεφροντισμένα περὶ τῆς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἄστρων διαθέσεως ἐξειπεῖν, ὡς τινες εἰς τὰ ὑπὸ τῶν γραφῶν εἰρημένα ἀπεικονίζοντες αὐτὰ ἀλληγοροῦσι, μετὰγειν τὸν νοῦν τῶν προσεχόντων πειρώμενοι, πιθανοῖς λόγοις προσά-
15 γοντες αὐτοὺς πρὸς ἃ βούλονται, ξένον θαῦμα ἐνδεικνύμενοι ὡς κατησπερισμένων τῶν ὑπ' αὐτῶν λεγομένων· οἱ τῷ παραξένῳ θαύματι ἐνορῶντες μικροθαύμαστοι ἀλίσκονται δίκην ὀρνέου τοῦ λεγομένου

placita callentes non vexabuntur ab eis tanquam indocti, nec ab aliquibus hominibus, qui veluti potentia quadam agere videntur, inducentur in errorem, sed etiam illos qui falluntur caute observabunt.

2. Sufficenter igitur his expositis quæ dicenda nobis visa sunt, jam ad exsequendum quod nobis propositum est ibimus; postquam enim demonstraverimus quæ constituimus de hæresibus, et coegerimus singulis sua reddi, tunc promptum erit hæresiarchas nudos ostendere, et eorum discipulis insci-tiæ convictis, persuadebimus ut in serenum veritatis portum revertantur. Quo autem clariora quæ dicenda sunt legentibus videantur, placet etiam quæ ab Arato excogitata sunt de cœlestium astrorum situ explicare, quandoquidem aliqui ista conferentes cum eis quæ dicta sunt in Scripturis sacram doctrinam in allegorias vertunt, et seducere animos audientium conati, persuasibilibus verbis eos ad ea quæ volunt adducunt, inauditum miraculum ostentantes quasi in astris figurata sint quæ prædicant: hi autem dum miraculum insolitum intuentur, inania mirati, capiuntur avis instar quæ dicitur bubo,

1. οὐδ' cod. Mill. — 11. τὰ add. Mill. — infr. p. 122, l. 11. — 13. μετὰγειν Schn.; 12. κατὰ τῶν οὐρανίων cod. Mill. Schn. Cf. μετὰ cod.; ἀπατᾶν s. πλανᾶν susp. Mill.

ἄτου, οὗ τὸ παράδειγμα καλὸν ἐξειπεῖν διὰ τὰ μέλλοντα. Ἔστι δὲ τὸ ζῶον οὐ πολὺ ἀπεμφαῖνον ἀετοῦ οὔτε μεγέθει οὔτε μορφῇ· ἀλίσκεται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. Ὁ ἀγρευτὴς τῶν ὄρνιθων ἐπὰν ἴδῃ ἀγέλην που καταπλάσσαν, πῶρόρωθεν ἀνακρουόμενος τὰς χεῖρας ὀρχεῖσθαι σκήπεται, καὶ οὕτω πρὸς ὀλίγον ἐγγίξει τοῖς ὄρνισιν· οἱ δὲ 5 τὴν παράξενον θῆαν καταπεπληγότες ἀπερίβλεπτοι πάντων γίνονται. Ἔτεροι δὲ τῶν ἐπὶ τὴν ἄγραν παρεσκευασμένων ὀπισθεν ἐπελθόντες τοὺς ὄρνεις εὐκόλως συλλαμβάνονται θεωμένους τὸν ὀρχησίην. Διὸ ἀξιῶ μή τις τοῖς ὁμοίοις θάύμασι καταπλαγεὶς ἐξηγουμένων τὸν οὐρανὸν δίκην ἄτου συλληφθῆ· ὀρχησις γὰρ καὶ λῆρος ἢ τῶν τοιούτων 10 πανουργία καὶ οὐκ ἀλήθεια. Φησὶν οὖν ὁ Ἄρατος οὕτως⁽⁸²⁾.

Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἀλλυδῖς ἄλλοι ἐόντες
οὐρανῷ ἔλκονται πάντ' ἤματα συνεχῆς αἰεὶ (τουτέστιν οἱ πάντες ἀστέρες).
Αὐτὰρ ὄγ' οὐδ' ὀλίγον μετανίσσεται, ἀλλὰ μάλ' αὐτως
ἄξων αἰὲν ἄρηρεν, ἔχει δ' ἀτάλαντον ἀπάντη
μεσσηγὺς γαῖαν, περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγινεῖ. 15

cujus exemplum decet afferre propter sequentia. Hoc autem animal non multum differt aquila nec magnitudine nec forma; capitur autem hoc modo: auceps quum vidit catervam in aliquem locum devolantem, e longinquo qua-tiens manus saltare se fingit et ita paulatim avibus appropinquat: quæ, insolitum spectaculum miratæ, improvidæ omnium fiunt. Alii autem ex iis qui ad venationem parati sunt, quum a tergo supervenerint, aves facile capiunt dum contemplantur saltatorem. Quare precor ne quis, spectacula similia eorum qui cælum interpretantur miratus, bubonis instar capi se sinat: prava enim ars eorum habenda est tanquam saltatio et nugæ, non autem veritas. Dicit igitur Aratus in hunc modum:

Illa quidem simul multaue (volventia) et aliorsum alia euntia
in cælo vertuntur per omnes dies continuo et semper (scilicet omnia astra).
Verum hic ne paulum quidem declinat, sed continuo immota
axis semper manet, habet autem fixam omnino
in medio terram, cælum autem ipsum circumagit.

3. De hac captura conf. Athen. IX, — 12. Conf. Arat. Phæn. v. 19 sqq. p. 390 D. Mill. — 9. ἐξηγούμενον cod. ἀλυδῖς cod. — 14. μετανείσεται prim. cod.; — 10. ὀρχησία cod. — 11. ἀλήθεια Raperus coll. p. 124, 21; ἀληθής cod. Mill. μετανείσεται corr. cod. — 15. αἱ ἐνάρηρεν cod.

3. Πολέας φησὶν εἶναι τοὺς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἀστέρας, τουτέστι σιρπηλοῦς, διὰ τὸ περιέρχεσθαι ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν καὶ [ἀπὸ] δύσεως εἰς ἀνατολὴν ἀπαύσιως σφαιροειδεῖ σχήματι. Εἰλεῖσθαι δὲ κατὰ τὰς Ἄρκτους αὐτὰς λέγει οἶόν τι ποταμοῦ ρεῦμα μέγα Θαῦμα
 5 Δράκοντος πελώρου, καὶ τοῦτ' εἶναι ὃ, φησὶν, ἐν τῷ Ἰώβ πρὸς Θεὸν διάβολος ἔφη· «ἐμπεριπατήσας τὴν ὑπ' οὐρανὸν καὶ περιελθὼν,» τουτέστι περισίραφεις καὶ περισκοπήσας τὰ γινόμενα· τετάχθαι γὰρ νομίζουσι κατὰ τὸν ἀρκτικὸν πόλον τὸν Δράκοντα, τὸν ὄφιν, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτάτου πόλου πάντα ἐπιβλέποντα καὶ πάντα ἐφο-
 10 ρῶντα, ἵνα μηδὲν τῶνπρατιομένων αὐτὸν λάθῃ· πάντων γὰρ δυνόντων τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἀστέρων ὁ μόνος οὗτος ὁ πόλος οὐδέποτε δύνει, ἀλλὰ ἄνω ὑπὲρ τὸν ὀρίζοντα ἐρχόμενος πάντα περισκοπεῖ καὶ ἐπιβλέπει καὶ λαθεῖν αὐτὸν τῶνπρατιομένων, φησί, δύναται οὐδέν.

Ἦχι μάλιστα

15 μίσγονται δύσεις τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλοισι,

3. Πολέας ait esse in cœlo stellas, id est volventes, quia circumvolvuntur ab oriente ad occidentem et ab occidente ad orientem perpetuo atque orbiculari figura. Dicit autem mirabilem et immensum Serpentem volvi tanquam flumen quoddam amnis versus Ursas ipsas, et illud est, ait, quod in libro Job diabolus dicit ad Deum: *perambulavi terram sub cœlo et circuiui*, id est circumegi et circumspexi omnia quæ sunt. Positum enim fuisse existimant versus borealem polum Draconem serpentem, ab altissimo polo omnia inspicientem et contemplantem, ne quidquam eorum quæ aguntur illum prætereat. Nam omnium astrorum in cœlo occidentium solus ille polus nunquam occidit, at super horizontem incedens omnia circumspectat et inspicit, nec eum fugere potest, ait, quodcumque agitur.

Qua maxime

invicem miscentur occasus et ortus,

1. φασὶν cod. — 2. ἀπὸ quod prorsus deerat restitui. — 5. Cf. Arat. Phœnom. v. 45-46; Θεὸν Schneid.; τὸν cod. Mill. — 6. διάβολον ὡς cod. Mill. — Cf. Job, 1, 7: περιελθὼν τὴν γῆν καὶ ἐμπεριπατήσας

τὴν ὑπ' οὐρανὸν πάρειμι. — 11. τῶν οὐρανῶν cod. — 14. ἦχι περ ἄκραι Aratus, v. 61. — 15. μίγονται cod. — δύσεις. . . ἀλλήλοισι cod.

τετάχθαι δὴ φησιν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν. Κατὰ γὰρ τὴν δύσιν καὶ ἀνατολὴν τῶν δύο ἡμισφαιρίων κεῖται τὸ ⁽⁸³⁾ κεφάλαιον τοῦ Δράκοντος, ἵνα, φησί, μηδὲν αὐτὸν λάβῃ κατὰ τὸ αὐτὸ μήτε τῶν ἐν τῇ δύσει, μήτε τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἀλλὰ πάντα γινώσκῃ τὸ θηρίον ὁμοῦ. Ἔστι δὲ κατ' αὐτῆς τῆς κεφαλῆς τοῦ Δράκοντος ἰδέα ἀνθρώπου 5 δια ἄστρον θεωρουμένη, ἧ καλεῖ κεκμηκὸς εἶδωλον ὃ Ἄρατος καὶ μογέοντι εἰκόσ· καλεῖται δὲ ὃ Ἐν γόνασιν. Ὁ μὲν οὖν Ἄρατος οὐκ εἰδέναί φησιν οὗτος τίς ἐστὶν ὃ πόνος καὶ τὸ θαῦμα τοῦτο σίρρεφόμενον ἐν οὐρανῷ· οἱ δὲ διὰ τῆς τῶν ἄστρον ἰστορίας αἰρετικοὶ θέλοντες τὰ ἑαυτῶν δόγματα συνιστᾶν, περιεργότερον τούτοις ἐπισχόντες, 10 τὸν Ἐν γόνασι φασὶν εἶναι τὸν Ἀδάμ, κατὰ πρόβλαγμα, φησί, τοῦ Θεοῦ, καθὼς εἶπε Μωσῆς, φυλάσσουντα τὴν κεφαλὴν τοῦ Δράκοντος καὶ τὸν Δράκοντα τὴν πτέρναν αὐτοῦ. Οὕτως γὰρ φησιν ὃ Ἄρατος·

Δεξιτεροῦ ποδὸς ἰχνος ἔχων σκολιοῖο Δράκοντος.

4. Παρατετάχθαι δὲ φησιν αὐτῷ ἐκατέρωθεν (λέγω δὲ τῷ Ἐν γό- 15 νασι) Λύραν καὶ Στέφανον, αὐτὸν δὲ γόνου κλίνειν καὶ ἐκτετακότα

positum fuisse ait ejus caput. Versus enim occasum et ortum amborum hemisphaeriorum locus est capitis Draconis, ne quidquam eum praetereat eorum quae sunt in oriente vel eorum quae sunt in occidente, sed ut omnia simul hoc monstrum cognoscat. Sita autem prope caput ipsum Draconis per stellas apparet hominis species quam Aratus imaginem labore et ærumnis afflictam vocat; quae quidem appellatur *In genubus*. Nescire autem se fatetur Aratus qualis sit iste labor et quid sit miraculum istud quod in cælo volvitur; at hæretici qui ex astrorum studio voluerunt sua dogmata constituere et his inquirendis plurimam operam dederunt, aiunt constellationem illam *In genubus* nomine, esse Adam, secundum mandatum Dei, ut dixit Moyses, «ob-
«servantem caput Draconis et Draconem calcem ejus.» Sic enim ait Aratus :

Dextri pedis vestigium habens tortuosi Draconis.

4. Constellationes appositas ait utrinque esse ei (constellationi inquam quae *In genubus* est) *Lyram* et *Coronam*; *In genubus* autem videtur genu

1. δὴ Schneid.; δὲ cod.; τῆδε susp. cod. — 6-7. Cf. Arat. v. 63, 64, 65. —
Mill. — 4. γινώσκει cod. Mill. corr.; sed 14. ποδὸς ἀκρον ἔχει Aratus, v. 70. —
plures sunt istiusmodi mendæ in nostri 15. Παρὰ τὸ τετάχθαι cod. Mill. corr. —
auctoris oratione. — 5. ἰδέα Mill.; εἰ δὲ 15-16. τὸ Ἐν γόνασι cod.

ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας οἶονεὶ περὶ ἀμαρτίας ἐξομολογούμενον. Εἶναι δὲ τὴν λύραν μουσικὸν ὄργανον ὑπὸ νηπίου ἔτι παντελῶς κατασκευασμένον τοῦ Λόγου· Λόγον δὲ εἶναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀκούμενον τὸν Ἑρμῆν. Φησὶ δὲ ὁ Ἄρατος περὶ τῆς κατασκευῆς τῆς
5 λύρας·

τὴν δ' ἄρ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνω
Ἑρμείης ἐτόρησε, λύρην δ' εἶπεν καλέεσθαι⁽⁸⁴⁾.

Ἐπὶ ἀχορδός ἐσσι, διὰ τῶν ἐπὶ ἀχορδῶν τὴν πᾶσαν ἀρμονίαν καὶ κατασκευὴν ἐμμελῶς ἔχουσιν τοῦ κόσμου [σημαίνουσα]· ἐν ἑξ ἡμέ-
10 ραις γὰρ ἐγένετο ὁ κόσμος, καὶ τῇ ἐβδόμῃ καταπέπαιται. Εἰ οὖν, φησὶν, ἐξομολογούμενος ὁ Ἄδὰμ καὶ τὴν κεφαλὴν φυλάσσων τοῦ θηρίου κατὰ τὸ πρόσλαγμα τοῦ Θεοῦ ἐκμιμήσεται τὴν Λύραν, τουτέστι κατακολουθήσει τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι πειθόμενος τῷ νόμῳ, παρακείμενον αὐτῷ τὸν Στέφανον λήψεται. Ἐὰν δὲ ἀμελήσῃ,
15 συγκατενεχθήσεται τῷ ὑποκειμένῳ θηρίῳ, καὶ τὸ μέρος ἔξει, φησὶ, μετὰ τοῦ θηρίου. Ἔοικε δὲ ὁ Ἐν γόνασιν ἐκατέρωθεν ἐπιβάλλειν

flectere et extendere ambas manus ut de peccato confitens. Esse autem lyram instrumentum musicum ab infante adhuc admodum scilicet Verbo conditum : Verbum autem esse eum qui a Græcis appellatur Hermes. Dicit autem Aratus de fabricatione lyrae :

quam adhuc quum in cunis esset
Mercurius terebravit, et lyram jussit appellari.

Septem autem chordas habet, per chordas septem omnem harmoniam fabricamque mundi concinne aptatam indicans. Nam sex diebus mundus creatus est, et septimo requievit Deus. Si ergo, ait, Adam confitens peccatum et caput intuens belluæ secundum mandatum Dei imitabitur Lyram, id est obtemperabit verbo Dei, id est obediet legi, Coronam juxta positam sumet. Sin vero negliget, deorsum deferetur cum subjacente bellua, et particeps erit, ait, sortis belluæ. Videtur autem In genibus utrinque injicere manus, et hinc

1. εἶδέναι cod. — 3. Λόγον R. Scott.; ῥησε λύρην δ' εἶπε cod.; δέ μιν εἶπε λέγε-
Λόγῳ cod. Mill. — 3-4. ἀκούόμενον cod.; σθαι Aratus. — 9. σημαίνουσα add. Ræp.
καλούμενον R. Scott. — 6. Arat. v. 268: — 13. τῷ λόγῳ Schneid.; τοῖς cod.; τοῖς
τὴν δ' ἀρετὴν καὶ παραλίκνω cod. — 7. ἐτέ- λόγοις Mill. — 16. ἐπιβάλλειν cod.

τὰς χεῖρας, καὶ τοῦτο μὲν τῆς Λύρας, τοῦτο δὲ τοῦ Σιεφάνου ἐφά-
 πλεσθαι [τοῦτο δὲ ἐξομολογεῖσθαι], ὡς ἔστιν ἰδεῖν δι' αὐτοῦ τοῦ σχή-
 ματος· ἐπιβουλεύεται δὲ ὁμοῦ καὶ ἀποσπᾶται ὁ Σιέφανος αὐτοῦ ὑπ'
 ἄλλου Ψηρίου, μικροτέρου Δράκοντος, ὃ ἔστι γέννημα τοῦ φυλασ- 5
 σομένου ὑπὸ τοῦ Ἐν γόνασι τῷ ποδί. Ἄνθρωπος δὲ ἔσληκεν ἑκατέ-
 ραις ταῖς χερσὶ καρτερῶς κατασφίγγων καὶ εἰς τὰ ὀπίσω ἔλκων
 ἀπὸ τοῦ Σιεφάνου τὸν Ὄφιν καὶ οὐκ ἔβ' ἐφάπτεσθαι βιαζόμενον τοῦ
 Σιεφάνου τὸ Ψηρίον. Ὄφιοῦχον δὲ αὐτὸν ὁ Ἄρατος καλεῖ, ὅτι κα-
 τέχει τὴν ὀρμὴν τοῦ Ὄφους ἐπὶ τὸν Σιέφανον ἐλθεῖν πειρωμένου.
 Λόγος δέ, φησὶν, ἔστι σχήματι ἀνθρώπου ὃ κωλύων ἐπὶ τὸν Σιέ- 10
 φανον ἐλθεῖν τὸ Ψηρίον, οἰκτεῖρων τὸν ἐπιβουλεύομενον ὑπὸ τοῦ
 Δράκοντος ὁμοῦ καὶ τοῦ γεννήματος ἐκείνου. Αὐταὶ δὲ αἱ Ἄρκτοι,
 φασὶν, ἑβδομάδες εἰσὶ δύο, ἐξ ἐπὶ ἀστέρων συγκείμεναι, δισσῶν
 κτίσεων εἰκόνες. Πρώτη γάρ, φησὶν, κτίσις ἢ κατὰ τὸν Ἀδάμ ἐν
 πόνοις, ὃ ἔστιν ὁ Ἐν γόνασιν ὀρώμενος. Δευτέρα δὲ κτίσις ἢ 15
 κατὰ ⁽⁸⁵⁾ Χριστόν, δι' ἧς ἀναγεννώμεθα, ὃ ἔστιν ὁ Ὄφιοῦχος ἀντα-

Lynam attingere, inde Coronam, ut cerni potest ex ipso habitu. Insidiis au-
 tem petitur et attrahitur simul Corona ejus ab alia bellua, minore Dracone,
 quæ progenies est ejus quem observat pes In genubus. Homo autem adstat
 qui utraque manu vehementer constringit retrahitque a Corona Serpen-
 tem, nec sinit Coronam attingi a magnopere enitente bellua : Anguitenen-
 tem autem eum Aratus vocat, qui continet impetum Serpentis dum hic ad
 Coronam venire aggreditur; Verbum autem, ait, is est, hominis speciem in-
 dutus, qui prohibet quominus ad Coronam veniat bellua, miseratus illum
 cui insidias struunt et Draco et progenies ejus. Ursas autem, ait, hebdoma-
 das esse duas, ex septem astris constantes, et duplicis creationis imagines.
 Priorem enim creationem ait esse secundum Adam ærumnis afflictum qui In
 genubus conspicitur; posteriorem esse secundum Christum per quem novam
 vitam accipimus, quæ quidem est Anguitenens qui obsistit belluæ et prohi-

1. τοῦ Schneid. Om. cod. Mill. — 2. 14-15. ἐν πόνοις ὃ ἔστιν ὁ Schneidew.;
 [τοῦτο δὲ ἐξομολογεῖσθαι]. Hæc ex p. 124, ἐν πόνοις ὃ cod.; ἢν ἐμφαίνει ἐν πόνοις
 l. 1, interpolata esse vidit Ræp. — 5. τῷ ὃ Millerus; ἢν ἐμφαίνει ὃ R. Scottus; ἢ
 παιδί cod. Cf. Arat. v. 70. — 13. ἀστέ- κτίσις cod. Millerus, Schneidew. delen-
 ρων Ræperus; ἀριθμῶν cod. Millerus. — dum ἢ.

γωνιζόμενος τῷ Φηρίῳ καὶ κωλύων ἐπὶ τὸν Σίεφανον ἐλθεῖν τὸν
 ἠτοιμασμένον τῷ ἀνθρώπῳ. Μεγάλη δὲ ἐστὶν Ἄρκτος ἢ Ἐλίκη,
 Φησί, μεγάλης κτίσεως σύμβολον, πρὸς ἣν πλέουσιν Ἕλληνες, του-
 5 τέσσι πρὸς ἣν παιδεύονται καὶ διὰ τῶν τοῦ βίου φερόμενοι κυμάτων
 ἐπακολουθοῦσιν, ἐλίκην τινὰ οὔσαν τὴν τοιαύτην κτίσιν ἢ διδασκα-
 λίαν ἢ σοφίαν, εἰς τὰ ὑπίσω ἄγουσιν τοὺς ἐπομένους τῇ τοιαύτῃ
 κτίσει. Στροφή γάρ τις [ἢ] τῆς Ἐλίκης προσηγορία καὶ ἀνακύκλωσις
 ἐπὶ τὰ αὐτὰ εἶναι δοκεῖ. Μικρὰ δὲ τις ἢ ἑτέρα Ἄρκτος οἰοεῖ τις
 10 φησίν, εἰσὶν οἱ διὰ τῆς σιενῆς ὁδοῦ πορευόμενοι· σιενὴν δὲ λέγου-
 σιν εἶναι τὴν Κυνοσουρίδα, πρὸς ἣν ὁ Ἄρατος φησὶν ὅτι οἱ Σιδό-
 νιοι ναυτίλλονται. Σιδονίου δὲ ἀπὸ μέρους εἴρηκεν ὁ Ἄρατος Φοί-
 νικας διὰ τὸ εἶναι τὴν Φοινίκων σοφίαν Φαυμασίην, Φοίνικας δὲ
 εἶναι Ἕλληνες λέγουσι τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς Θαλάσσης κατοική-

bet quominus ad coronam homini præparatam veniat. Helica autem est, ait, Magna Ursa, magnæ creationis symbolum, ad quam navigant Græci, id est ad quam instituuntur et iter dirigunt per vitæ fluctus vecti, habentes tortuosam illam creationem aut disciplinam aut sapientiam cui illud proprium est ut retro ferat eos qui sequuntur eam. Helica autem vox idem significare videtur ac versio et revolutio. Parva autem est altera Ursa quæ videtur esse tanquam effigies posterioris creationis ad imaginem Dei formata. Pauci enim sunt, ait, qui per angustam viam gradiuntur. Angustam enim aiunt esse Cynosuridem ad quam, ut Aratus dicit, Sidonii navigant. Ait autem Sidonios ex parte, Phœnices intelligens, ob mirabilem Phœnicum sapientiam; Græci autem affirmant Phœnices eos esse qui a Rubro mari migraverunt in hunc locum quem

2. Μεγάλη seq. Hæc de Arati Φαινο-
 μένοις commenta mihi videntur scripta ab
 auctore non græco. Conf. etiam, l. 10 et
 sqq. : Φοίνικας δὲ εἶναι Ἕλληνες. . . Cre-
 diderim ea ab hæretico Judæo, forsitan
 græcissante, fuisse efficta et in hunc li-
 brum ab auctore nostro translata. Multa
 et ineptissima erant Judæorum de astris
 commenta. Conf. B. Epiphan. *Adversus*
hæreses, lib. I, *De Pharisæis*. Prima et

secunda ætate post J. C. plerique hæretici
 ex judaica gente sua placita christianis
 dogmatibus miscuerunt. — 7. ἢ addidi.
 — 8. ἐπεὶ τὰ cod. — 10. Conf. Matth.
 vii, 14 : ἐστὶ σιενὴ [ἢ πύλη] καὶ τεθλιμ-
 μένη ἢ ὁδὸς ἢ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν,
 καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὐρίσκοντες αὐτήν. —
 σιενοὶ cod. — 11-12. Conf. Arat. v. 44 :
 τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται. —
 14. Ἕλληνες cod.

σάντας εἰς τοῦτον τὸν χῶρον, οὗ καὶ νῦν οἰκοῦσι, τοῦτο γὰρ Ἡρο-
 δότῳ δοκεῖ. Κυνόσουρα δέ, φησὶν, αὕτη ἢ Ἄρκτος, ἢ κτίσις ἢ δευ-
 τέρα, ἢ μικρά, ἢ σιενή ὁδός, καὶ οὐχὶ ἢ ἐλίκη. Οὐ γὰρ εἰς τὰ
 ὀπίσω ἄγει, ἀλλ' εἰς τὰ ἔμπροσθεν ἐπ' εὐθείας τοὺς ἐπομένους ὁδη-
 γεῖ, κυνὸς οὔσα [οὔρα]. Κύων γὰρ ὁ Λόγος, τοῦτο μὲν φρουρῶν καὶ 5
 φυλάσσων τὸ ἐπιξουλεύμενον ὑπὸ τῶν λύκων ποιμνιον, τοῦτο δὲ ἀπὸ
 τῆς κτίσεως τὰ θηρία κυνηγῶν καὶ διαφθείρων, τοῦτο δὲ γεννῶν τὰ
 πάντα, καί, ὃ δὴ φασὶ, κύων, τουτέστι γεννῶν. Ἐντεῦθεν, φασὶν,
 ὃ Ἄρατος περὶ τῆς τοῦ Κυνὸς ἀνατολῆς λέγων εἴρηκεν οὕτως⁽⁸⁶⁾ ·
 «Κυνὸς δὲ ἀνατείλαντος οὐκέτι φυταλιαὶ ἐψεύσαντο.» Τοῦτο ἐστὶν 10
 ὃ λέγει· τὰ φυτευόμενα φυτὰ εἰς τὴν γῆν μέχρι τῆς τοῦ Κυνὸς ἀνα-
 τολῆς πολλακίς μὴ ῥιζοβολήσαντα ὅμως τέθηλε φύλλοις, καὶ ἐνδεί-
 κνυται τοῖς βλέπουσιν ὅτι ἔσθαι τελεσφόρα καὶ φαίνεται ζῶντα, οὐκ
 ἔχοντα ζωὴν ἀπὸ τῆς ῥίζης ἐν αὐτοῖς· ἐπειδὴν δ' ἢ τοῦ Κυνὸς ἀνα-
 τολὴ γένηται, ὑπὸ τοῦ Κυνὸς τὰ ζῶντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν διακρίνε- 15
 ται· μαραίνεται γὰρ πάντως ὅσα οὐκ ἐρρίζοβόλησεν. Οὗτος οὖν,

nunc incolunt. In hanc enim sententiam it Herodotus. Cynosuram vero ait esse hanc Ursam, creationem secundam, parvam, angustam viam et nullo modo volubilem. Non enim retro ducit, sed, Canis cauda quum sit (Κυνός), eos qui sequuntur dirigit recta via; addit Verbum esse Canem (Κύων) quia et custodit et servat gregem, cui lupi struunt insidias; idem a creatione arcet belluas et destruit; et idem universa gignit: Κύων enim, ut ait, significat *generans*. Inde aiunt Aratum de Canis ortu dicentem hæc affatum esse: *Cane orto non jam segetes mentitæ sunt*. Hæc autem significant semina seminata in terram sæpius usque ad ortum Canis, etsi non egissent radices, tamen florere foliis et inspicientibus ostendere se datura fructus et videri viventia, quum vita de radice ipsis non insit. Quum vero ortus est Canis, statim a Cane discernuntur viventia a mortuis. Nam arescunt quæ radices non habent. Hic autem

1-2. Conf. Herodot. Hist. I, 1. Mill. — — Addidi οὔρα. — 10. Φιλαίται cod. Cf. 5. κυνὸς Schneidew.; κτίσις cod. Mill. Arati v. 332 sqq.

... οὐκέτι κείνον ἄμ' ἡελίῳ ἀνιόντα
 φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιώσσαι·
 ῥεῖα γὰρ οὖν ἐκρινε διὰ σίχας ὀξὺς ἀίξας,
 καὶ τὰ μὲν ἐρρώσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα

16. πάντως] ὄντως cod. Mill. Schneid.

Φησίν, ὁ Κύνων, Λόγος τις ὢν Θεῖος, ζώντων καὶ νεκρῶν κριτῆς
καθέσθηκε, [καὶ] καθάπερ [ἐπὶ] τῶν φυτῶν [τῆς κτίσεως] ὁ Κύνων τὸ
ἄστρον θεωρεῖται, οὕτως ἐπὶ τῶν οὐρανίων φυτῶν, Φησὶ, τῶν ἀν-
θρώπων, ὁ Λόγος. Διὰ τὴν τοιαύτην οὖν αἰτίαν ἡ δευτέρα κτίσις,
5 Κυνόσουρα, λογικῆς κτίσεως εἰκὼν ἐσήκην ἐν οὐρανῷ· μέσος δὲ ὁ
Δράκων τῶν δύο κτίσεων ὑποτείνεται, τὰ ἀπὸ τῆς μεγάλης κτίσεως
κωλύων ἐπὶ τὴν μικρὰν κτίσιν μετελθεῖν, τὰ τε ἐν τῇ [μεγάλῃ] κτίσει
καθεσθηκότα, καθάπερ τὸν Ἐν γόνασι, παραφυλάσσων [καὶ] τηρῶν
πᾶς καὶ τίνα τρόπον ἕκαστον ἐν τῇ μικρᾷ κτίσει καθέσθηκε. Τη-
10 ρεῖται δὲ καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν κεφαλὴν, Φησίν, ὑπὸ τοῦ Ὀφιούχου.
Αὕτη, Φησίν, εἰκὼν ἐσήκην ἐν οὐρανῷ, σοφία τις οὔσα τοῖς ἰδεῖν
δυναμένοις. Εἰ δὲ ἐστὶν ἀσαφὲς καὶ τοῦτο, δι' ἄλλης εἰκόνας, Φησίν,
ἡ κτίσις διδάσκει φιλοσοφεῖν, περὶ ἧς ὁ Ἄρατος εἴρηκεν οὕτως·

Οὐδ' ἄρα Κηφῆος μογερὸν γένος Ἰασίδαο.

Canis, quum sit Verbum quoddam divinum, vivorum et mortuorum con-
stitutus est iudex et sicut astrum Canis in plantis hujusce mundi observa-
tur, ita in plantis cœlestibus, nempe hominibus, Verbum apparet. Ob hanc
causam secunda creatio Cynosura constituta est in cœlo tanquam effigies
creationis quæ per Verbum effecta est. In medio autem ambarum creationum
Draco recumbit impediens quominus ea quæ sunt magnæ creationis ad par-
vam creationem transeant, et dum custodit ea quæ in creatione magna con-
stitutata sunt, veluti illum In genibus, observat quomodo in parva creatione
quidque constiterit. Ait autem Aratus et Draconem observari ad caput ab An-
guitenente; et hanc effigiem addit constitutam esse in cœlo veluti sapientiam
quamdam iis qui cernere possunt. Quod si vero obscura sit alia imagine, ait,
potest creatio philosophiam docere, de qua Aratus his verbis locutus est :

Neque igitur Cephei infelix genus Iasidæ.

2. Uncis inclusa addidi; quæ prorsus
deerant, respondent enim voc. ἐπὶ τῶν
οὐρανίων φυτῶν. — τὸ φυτὸν cod. Mill.;
τῶν φυτῶν Schneid. — 7. μεγάλη addidi;
hæc enim sententia respondet illis ἐν τῇ
μικρᾷ κτίσει quæ infra leguntur. — 8. πα-
ραφυλάσσων Ræperus; παραφυλάσσειν

cod.; παραφυλάσσει Mill. — καὶ addidi.
— 11. In cod. vox εἰκὼν videtur erasa
Mill.; an κτίσεως εἰκὼν? vide supra, l. 5.
— τοῖς Millerus; τοῦ cod. — 12. κατὰ
τοῦτο cod. Mill. Schneid. Legendum est
καὶ τοῦτο. — 14. εἰς αἶδαο cod. Cf. Arat.
v. 179.

Ὁ Κηφεύς, Φησίν, αὐτοῦ ἐστὶ πλεσιόν καὶ ἡ Κασσιόπεια καὶ [ἡ] Ἀνδρομέδα καὶ ὁ Περσεύς, μεγάλα τῆς ⁽⁸⁷⁾ κτίσεως γράμματα τοῖς ἰδεῖν δυναμένοις. Κηφέα γάρ Φησιν εἶναι τὸν Ἀδάμ, τὴν Κασσιόπειαν Εὐάν, τὴν Ἀνδρομέδαν τὴν ἀμφοτέρων τούτων ψυχὴν, τὸν Περσέα Λόγον, πλερωτὸν Διὸς ἔγγονον, τὸ Κῆτος τὸ ἐπίβουλον 5
 Θηρίον. Οὐκ ἐπ' ἄλλον τινὰ τούτων, ἀλλ' ἐπὶ μόνην τὴν Ἀνδρομέδαν ἔρχεται ὁ ἀποκτείνας τὸ Θηρίον, οὗ καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς ἑαυτὸν λαβὼν ἔκδοτον δεδεμένην τῷ Θηρίῳ ὁ Λόγος, Φησίν, ὁ Περσεύς ῥύεται. Περσεύς δὲ ἐστὶν ὁ ὑπόπτερος ἄξων, ὁ περαίνων ἑκατέρους τοὺς πόλους διὰ μέσης τῆς γῆς καὶ σιρέφων τὸν κόσμον. 10
 Ἔστι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ὁ ὄρνις ὁ Κύκνος παρὰ τὰς Ἄρκτους, [μουσι]κὸν ζῶον, τοῦ Θεοῦ σύμβολον πνεύματος· ὅτι πρὸς αὐτοῖς ἤδη τοῖς τέρμασι γενόμενον τοῦ βίου μόνον ἄδειν πέφυκε, μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος τῆς κτίσεως τῆς πονηρᾶς ἀπαλλασσόμενον ὕμνους ἀναπέμπον τῷ Θεῷ. Καρκίνοι δὲ καὶ ταῦροι, καὶ λέοντες, καὶ 15
 κριοὶ, καὶ αἴγες, καὶ ἔριφοι, καὶ ὅσα ἄλλα Θηρία διὰ τῶν ἀσπίρων

Ibi prope est Cepheus, ait, et Cassiopea et Andromeda et Perseus, quæ quidem astra, creationis magna elementa apparent iis qui cernere valent. Nam Cepheum addit esse Adam et Cassiopeam Evam, Andromedam utriusque animam, Perseum autem Verbum, Jovis alatam sobolem, et Cetos insidiantem belluam. Non ad alium quemquam eorum pergit ille qui occidit belluam, sed ad unam Andromedam vadit vinculis constrictam et expositam belluæ, eamque ab illa vindicat Verbum, id est, Perseus, ut ait, et libertati asserit. Perseus autem habetur axis pennatus qui per mediam terram utrumque polum penetrat vertitque mundum. Spiritus vero qui est in hoc mundo figuratur Cycno, ave circa Ursas sita, musico animali, quia quum in ipsis jam extremis est vitæ solus canere valet, cum bona spe discedens ab hac prava creatione, et Deo cantus suos fundens. Cancræ autem et tauri, et leones, et arietes, et capræ, et hædi, et cætera omnia animalia quorum nominibus in

1. Addidi ἡ. — 4. τῶν ἀμφ. cod. Mill.; τοῦτον τὸν ὄρνιν οἱ μὲν λέγουσιν ὄντα τὴν Schneid. — 5. τὸ Κῆτος. Conf. Arat. v. 353 sq. — 6. τούτου cod.; τούτων Mill. — 7-8. πρὸς ἑαυτὸν] Hæc videntur corrupta. — 12. Cf. Schol. ad Arat. v. 275: τούτων τὸν ὄρνιν οἱ μὲν λέγουσιν ὄντα κύκνον κατασφρισθῆναι εἰς τιμὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ἅτε μουσικὸν ὄντα. — 13. τοῖς σπέρμασι cod.; τέρμασι Mill. — 15. ἀναπέμπων cod.; ἀναπέμπου Mill.

ὀνομάζεται κατὰ τὸν οὐρανόν, εἰκόνες δὴ, φησίν, εἰσὶ καὶ παραδείγματα, ἀφ' ὧν ἡ μεταβλητὴ κτίσις λαμβάνουσα τὰς ἰδέας τοιούτων ζώων γίνεται πλήρης.

Τούτοις χρώμενοι τοῖς λόγοις ἀπατᾶν νομίζουσι πολλούς, ὅσοι
 5 περιεργότερον τοῖς ἀστρολόγοις προσέχουσι, ἐντεῦθεν τὴν Θεοσέβειαν συνιστᾶν πειρώμενοι μακρὰν ἀπεμφαίνουσαν τῆς τούτων ὑπολήψεως. Διό, ἀγαπητοί, φύγωμεν τὸ μικροθαύμαστον τοῦ ὀρνίθου τοῦ ὄτου· ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα ὄρχησις ἐστὶ καὶ οὐκ ἀλήθεια. Οὐδὲν γὰρ τὰ ἄστρα ταῦτα δηλοῖ, ἀλλὰ ἰδίως⁽⁸⁸⁾ οἱ ἄνθρωποι πρὸς
 10 ἐπισημείωσίν τινων ἄστρων ὀνόματα οὕτως ἐπεκάλεσαν, ἵνα αὐτοῖς ἐπίσημα ᾗ. Τί γὰρ ἄρκτου ἢ λέοντος, ἢ ἐρίφου, ἢ ὑδροχόου, ἢ Κηφέως, ἢ Ἀνδρομέδας, ἢ τῶν ἐν Αἴδου ὀνομαζομένων εἰδώλων ὅμοιον ἔχουσι ἀστέρες διεσπαρμένοι κατὰ τὸν οὐρανόν, (πολὺ μεταγενεστέρων γεγενημένων τούτων τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὀνομάτων ἢ [ἡ]
 15 τῶν ἄστρων συνέσθηκε γένεσις,) ἵνα καὶ οἱ αἰρετικοὶ καταπλαγέντες

cælo astra vocantur imagines esse ait et exempla unde creatio mutabilis accipiens figuras talibus repletur animalibus.

Hæc placita usurpantes hæretici fallere arbitrantur multos homines qui astrologicis rebus plurimam operam impendunt et inde conantur confirmare pietatem in Deum quæ quidem longe abest ab horum cogitationibus. Itaque, dilecti, fugiamus hanc inaniam rerum admirationem qua capitur bubo avis. Hæc enim placita et alia ejusdem farinæ nihil sunt nisi saltationes; non autem sunt veritas. Nihil enim hæc ostendunt sidera; sed ad quorundam designationem siderum homines sponte sua nominibus istis ea decoraverunt ut facilius agnoscerentur. Quid enim astra sparsa in cælo simile habeant ursæ aut leonis, aut hædorum, aut aquarii, aut Cephæi aut Andromedæ, aut spectrorum quibus nomina sunt in Oreo, quum multo posterius homines isti orti sint et nomina quam ipsæ stellæ exstiterint? Quid igitur inter hæc commune, ut hæretici cælorum spectaculo

1. δὴ Schn.; δὲ cod. Mill. — 5. περιεργότεροι cod.; περιεργότερον Mill. — 9. Οὐδὲ cod. Mill.; Οὐδὲν Schneid. — 11. ἐπισημανῆ cod. correx. Mill. —

14. γεγενημένων cod. — Addidi ἡ. — 15. ἄστρων] ἀνθρώπων cod. Mill. Schn. Legendum est ἄστρων. — γέννησις cod. Mill. Schneid.

τὸ θαῦμα οὕτως ἐξεργάσσονται διὰ τοιῶνδε λόγων τὰ ἴδια δόγματα συνιστᾶν;

ζ'. Περὶ τῆς ἀριθμητικῆς τέχνης.

Ἄλλ' ἐπεὶ σχεδὸν πᾶσα αἴρεσις διὰ τῆς ἀριθμητικῆς τέχνης ἐφεῦ-
 ρεν ἐβδομάδων μέτρα καὶ αἰώνων τινὰς προβολὰς, ἄλλων ἄλλως τὴν
 τέχνην διασπώντων καὶ τοῖς ὀνόμασι μόνον διαλασσόντων, τούτων 5
 δὲ αὐτοῖς διδάσκαλος γίνεται Πυθαγόρας, πρῶτος εἰς Ἕλληνας ἀπ'
 Αἰγύπτου τοὺς τοιούτους ἀριθμοὺς παραδούς, δοκεῖ μηδὲ τοῦτο πα-
 ραλιπεῖν, ἀλλὰ διὰ συντόμου δείξαντας ἐπὶ τὴν τῶν ζητουμένων
 ἀπόδειξιν χωρῆσαι. Γεγόνασιν ἀριθμητικοὶ καὶ γεωμέτραι, οἷς μα-
 λιστὰ τὰς ἀρχὰς παρεσχηκέναι δοκεῖ πρῶτος Πυθαγόρας· καὶ οὗτοι 10
 τῶν ἀριθμῶν εἰς ἄπειρον ἀεὶ προχωρεῖν δυναμένων τῷ πολυπλα-
 σιασμῷ καὶ τοῖς σχήμασι τὰς πρῶτας ἔλαβον ἀρχὰς οἰοῦναι Θεω-
 ρητὰς μόνῳ τῷ λόγῳ. Γεωμετρίας γάρ, ὡς ἔστιν ἐνιδεῖν, σημεῖον
 ἔστιν ἀρχὴ ἀμερές, ἀπ' ἐκείνου δὲ τοῦ σημείου τῇ τέχνῃ ἢ τῶν ἀπεί-
 ρων σχημάτων ἀπὸ τοῦ σημείου γένεσις εὐρίσκεται. Ἦνεν γὰρ τὸ 15

obstupescentes aggrediantur sua dogmata sermonibus hujusce modi confirmare?

VII. DE ARITHMETICA ARTE.

Quum autem fere omnis hæresis per arithmetica artem excogitaverit hebdomadam mensuras et Æonum generationes, aliis aliter illam artem divellentibus nominaque sola mutantibus, iisque magister sit Pythagoras, qui primus Græcis ex Ægypto tales numeros protulit, ne hæc quidem sunt prætermittenda; sed postquam brevi exposita fuerint, ad eorum quæ proposita sunt demonstrationem pergemus. Fuerunt arithmetici et geometræ, quos principia docuisse præcipue videtur primus Pythagoras; iique a numeris, qui in infinitum extenduntur, multiplicatis et a figuris prima principia ceperunt, ut intelligibilia uni rationi. Geometriæ enim, ut videre promptum est, punctum indivisum principium est; ab illo autem puncto repetitur per artem genitura infinitarum figurarum quæ a puncto procedunt. Ubi enim

CAP. VII, l. 4. ἀλληνάλλως cod. corr. Cf. Sextus Empiric. p. 314, edit. Bekk. Mill. — 9. ἀριθμητικαὶ γεωμετρίας cod. — 11 sqq. Conf. infra, l. VI, c. xxiii. corr. Mill. — 10. οὗτοι Mill.; τούτων cod. Conf. Sext. adv. Geom. § 29 sqq.

σημεῖον ⁽⁸⁹⁾ ἐπὶ μῆκος γίνεται γραμμὴ μετὰ τὴν ῥύσιν, πέρασ
 ἔχουσα σημεῖον· γραμμὴ δὲ ἐπὶ πλάτος ῥυεῖσα ἐπίπεδον γεννᾷ,
 πέρατα δὲ τοῦ ἐπίπεδου γραμμαί· ἐπίπεδον δὲ ῥυέν εἰς βάθος γίνε-
 ται σῶμα· σφαιροῦ δὲ ὑπάρξαντος, οὕτως ἐξ ἐλαχίστου σημείου
 5 παντελῶς ἢ τοῦ μεγάλου σώματος ὑπέσθη φύσις, καὶ τοῦτο ἐστὶν
 ὃ λέγει Σίμων οὕτως· «Τὸ μικρὸν μέγα ἔσθαι, οἶονεὶ σημεῖον ὄν·
 «τὸ δὲ μέγα ἀπέραντον,» κατακολουθῶν τῷ γεωμετρομένῳ ση-
 μείῳ. Τῆς δὲ ἀριθμητικῆς κατὰ σύνθεσιν ἐχούσης τὴν φιλοσοφίαν
 ἀριθμὸς γέγονεν ἀρχή, ὅπερ ἐστὶν ἀόριστον, ἀκατάληπτον, ἔχον
 10 ἐν ἑαυτῷ πάντας τοὺς ἐπ' ἀπειρον ἐλθεῖν δυναμένους ἀριθμοὺς κατὰ
 τὸ πλῆθος. Τῶν δὲ ἀριθμῶν ἀρχὴ γέγονε καθ' ὑπόσταςιν ἢ πρώτη
 μονάς, ἣτις ἐστὶ μονὰς ἄρσην, γεννῶσα πατρικῶς τοὺς ἄλλους πάν-
 τας ἀριθμούς. Δεύτερον ἢ δυὰς Θῆλυς ἀριθμὸς, ὃ δὲ αὐτὸς καὶ ἄρ-
 τιος ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν καλεῖται. Τρίτον ἢ τριάς ἀριθμὸς ἄρσην·
 15 οὗτος καὶ περισσὸς ὑπὸ τῶν ἀριθμητικῶν νενομοθέτηται καλεῖσθαι.
 Ἐφ' ἅπασιν δὲ τούτοις ἢ τετράς Θῆλυς ἀριθμὸς, ὃ δὲ αὐτὸς οὗτος

punctum in longitudinem processit, fit linea cujus finis est punctum; linea au-
 tem, ubi in latitudinem explicata est, planitiem generat, fines autem planitiei
 lineæ; planities autem, ubi explicata est in profundum, fit corpus: quod quum
 firmum exstitit, hoc modo ex minimo puncto magni corporis subsistit natura;
 idque est quod his verbis dicit Simon, «Parvum magnum erit velut punctum
 «existens; et quod magnum fiet infinitum;» quod quidem consentaneum erat
 geometrarum placitis de puncto. Arithmeticae autem, quæ per connexionem
 philosophiam continet, numerus est principium, quod est infinitum, incom-
 prehensum, omnes, qui multitudine in infinitum possunt crescere, numeros
 in se complexum. Prima vero unitas per substantiam fuit principium nume-
 rorum quæ est unitas mascula, patrio more procreans numeros omnes reli-
 quos. Hanc sequitur numerus binarius femineus; hic vero ab arithmeti-
 cis etiam appellatur par et integer. Ordine tertius succedit ternarius virilis; cui
 etiam imparis nomen arithmeticorum lege fuit impositum. Agmen denique
 claudit numerus quaternarius, femineus qui et ipse par appellatur, quod est

6. Conf. infra l. VI, c. xiv et xvii. — c. ii. — 9. ἔχων cod. Mill. Schneid. lege
 7. κατακολουθοῦν cod. Mill. corr. Schn. ἔχον. — 12. ἄρσις cod. corr. Mill. —
 — 8 sqq. Eadem leguntur supra, lib. I, 13. ἢ δυὰς bis scriptum n cod.

καὶ ἄρτιος καλεῖται, ὅτι Θηλύς ἐστί. Γεγόνασιν οὖν οἱ πάντες ἀριθμοὶ ληφθέντες ἀπὸ γένους τέσσαρες (ἀριθμὸς δὲ ἦν τὸ γένος ἀόριστος), ἀφ' ὧν ὁ τέλειος αὐτοῖς ἀριθμὸς συνέσληκεν ἡ δεκάς. Τὸ γὰρ ἓν, δύο, τρία, τέσσαρα, γίνεται δέκα, ὡς προαποδέδεικται, ἐὰν ἐκάστῳ τῶν ⁽⁹⁰⁾ ἀριθμῶν φυλάτληται κατ' οὐσίαν ὄνομα τὸ οἰκεῖον. 5

Αὕτη ἐστὶν ἡ κατὰ Πυθαγόραν ἱερὰ τετρακτὺς ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ, τουτέστι τοὺς ἄλλους πάντας ἀριθμούς· ὁ γὰρ ἕνδεκα καὶ δώδεκα καὶ οἱ λοιποὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀπὸ τῶν δέκα λαμβάνουσι. Ταύτης τῆς δεκάδος, τοῦ τελείου ἀριθμοῦ, τὰ τέσσαρα καλεῖται μέρη· ἀριθμὸς, μονάς, δύναμις, κύβος, οἷς 10 ἐπιπλοκαὶ καὶ μίξεις πρὸς γένεσιν αὐξήσεως γίνονται, κατὰ φύσιν τὸν γόνιμον ἀριθμὸν ἐπιτελοῦσαι· ὅταν γὰρ δύναμις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτὴν κυβισθῆσεται, γέγονε δυναμοδύναμις· ὅταν δὲ δύναμις ἐπὶ κύβον, γέγονε δυναμόκυβος· ὅταν δὲ κύβος ἐπὶ κύβον, γέγονε κυβόκυβος· ὡς γίνεσθαι τοὺς πάντας ἀριθμούς ἐπὶ δέκα, ἵνα ἡ τῶν γενομένων 15

generis feminei. Universi igitur a genere sumti numeri (indeterminatus quippe numerus erat genere) computantur quatuor. Coaluit ex his denarius perfectus numerus. Unum enim, duo, tria, quatuor, modo ratione substantiæ et proprietatis domesticam unicuique numerorum servaveris appellationem, efficiunt decem. Hic est quem sacrum Pythagoras nominavit quaternionem, perennis naturæ fontem, utpote ipsas in se radices continentem, id est cæteros numeros omnes. Etenim undecim, duodecim et cæteri sumunt e numero denario essentiæ suæ principium. Hujus decadis, qui perfectus est numerus, quatuor appellantur partes, numerus, unitas, potestas et cubus; æque producendi incrementi causa inter se connectuntur et permiscentur, generatorem ex natura efficientes numerum. Quum enim dynamis se ipsam multiplicat, producitur dynamodynamis; ubi autem connectitur cum cubo dynamis, dynamocubus: si autem permiscentur inter se cubi, cubocubum giunt. Hinc universi numeri fiunt septem, ita ut quæ sunt

2. ἀπὸ γένους Schneid.; ἀπὸ τοῦ γένους cod. Mill. — 5. ὀνόματος οἰκεῖον cod. corr. Mill. — 7-8. ὁ γὰρ Schneidew.; τὸ γὰρ cod. Mill. — 11. γένεσιν αὐξήσεως

Schneid.; ἔνωσιν ..ήσεως cod. Mill. Cf. supra, c. 11, p. 10, 13. — 12. αὕτη cod. — 14-15. κυβόκυβος Mill.; δυναμόκυβος cod.

γένεσις γένηται ἐξ ἑβδομάδος, ἥτις ἐστίν· ἀριθμός, μονάς, δύναμις, κύβος, δυναμοδύναμις, δυναμόκυβος, κυβόκυβος. Ταύτην τὴν ἑβδομάδα Σίμων καὶ Οὐαλεντίνος ὀνόμασιν ἐνδιαλλάξαντες ἑτεροτολόγησαν, ὑπόθεσιν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν σχεδιάσαντες. Ὁ μὲν γὰρ Σίμων οὕτως καλεῖ· Νοῦς, Ἐπίνοια, Ὄνομα, Φωνή, Λογισμός, Ἐνθύμησις, Ὁ ἐσίως, σίας, σίησόμενος, καὶ Οὐαλεντίνος· Νοῦς, Ἀλήθεια, Λόγος, Ζωή, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία καὶ ὁ Πατήρ συναριθμούμενος, κατὰ ταῦτα τοῖς τὴν ἀριθμητικὴν ἡσκηκόσι φιλοσοφίαν, [ἦν] ὡς ἀγνωστοῦ [τοῖς] πολλοῖς θαυμάσαντες [καὶ] κατακολουθήσαντες τὰς
 5 ὑπ' αὐτῶν ἐπινοηθείσας αἰρέσεις συνεσίησαντο. Τινὲς μὲν οὖν καὶ ἀπὸ ἰατρικῆς συνιστᾶν τὰς ἑβδομάδας πειρῶνται, ἐκπλαγέστες ἐπὶ τῇ τοῦ ἐγκεφάλου ἀνατομῇ, λέγοντες τὴν τοῦ παντὸς οὐσίαν καὶ δύναμιν ⁽⁹¹⁾ πατρικὴν καὶ Θεϊότητα ἀπὸ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου διαθέσεως διδάσκεσθαι. Ὁ γὰρ ἐγκέφαλος κύριον μέρος ὦν τοῦ παντὸς

generari comperiantur ex hebdomade quæ est numerus, unitas, dynamis, cubus, dynamodynamis, dynamocubus, cubocubus. Hanc hebdomadem Simon et Valentinus mutatis nominibus in magnum miraculum conflaverunt et suis dogmatibus fundamentum posuerunt. Hanc suam hebdomadam Simon his constituit nominibus: *Mens, Conceptio, Nomen, Vox, Ratiocinatio, Cogitatio et Ille qui stat, stetit, stabit*. His autem nominibus Valentinus appellat hebdomadem: *Mens, Veritas, Verbum, Vita, Homo, Ecclesia et Pater annumeratus*; similiter atque illi qui arithmeticae philosophiæ studuerunt, quam quidem ut ignotam vulgo sunt mirati et prosecuti, hæreses et ipsi inveniunt et constituerunt. Sunt etiam qui ab arte medica constituere hebdomades conantur, quum stupeant ad cerebri dissectionem dicantque universi substantiam et virtutem paternam et divinitatem e cerebri dispositione doceri. Cerebrum enim, quum sit princeps pars totius corporis, constitutum

8. κατὰ ταῦτα Røper.; κατ' αὐτὰ cod. Millerus. — 8-9. ἦν et τοῖς add. Mill. — 9. καὶ add. Schneid. — 11. De septenario numero confer Censorinum (*De nat. die.* cap. vii et xiv), apud quem legimus: «Duos numeros subtiliter discreverunt, ut dicentes, septenarium ad corpus, no-

«venarium ad animum pertinere. Hunc «medicinæ corporis et Apollini attributum, illum Musis quia morbos animi «quos appellant *πάθη* musica lenire ac «sanare consueverit.» — 13. *πατρικὴν* καὶ Schneidew.; καὶ *πατρικὴν* cod. Millerus.

σώματος ἐπίκειται ἀτρεμῆς καὶ ἀκίνητος, ἐντὸς ἑαυτοῦ ἔχων τὸ πνεῦμα. Ἔστι μὲν οὖν ἡ τοιαύτη ἰστορία οὐκ ἀπίθανος, μακρὰν δὲ τῆς τούτων ἐπιχειρήσεως. Ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος ἀνατμηθεὶς ἔνδον ἔχει τὸ καλούμενον καμάριον, οὗ ἑκατέρωθεν ὑμένες εἰσὶ λεπτοί, οὓς πτερύγια προσαγορεύουσιν, ἡρέμα ὑπὸ τοῦ πνεύματος κινούμενα 5 καὶ πάλιν ἀπελαύνοντα τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὴν παρεγκεφαλίδα· ὃ διατρέχον διὰ τινος ἀγγείου καλάμῳ ἑοικὸς ἐπὶ τὸ κωνάριον χωρεῖ, ᾧ πρόσκειται τὸ στόμιον τῆς παρεγκεφαλίδος ἐκδεχόμενον τὸ διατρέχον πνεῦμα καὶ ἀναδιδόν ἐπὶ τὸν νωτιαῖον λεγόμενον μυελόν, ὅθεν πᾶν τὸ σῶμα μεταλαμβάνει τὸ πνευματικὸν πασῶν τῶν ἀρτη- 10 ριῶν δίκην κλάδου ἐκ τούτου τοῦ ἀγγείου ἡρτημένων, οὗ τὸ πέρασ ἐπὶ τὰ γεννητικὰ ἀγγεῖα τερματίζεται· ὅθεν καὶ τὰ σπέρματα ἐξ ἐγκεφάλου διὰ τῆς ὀσφύος χωροῦντα ἐκκρίνεται. Ἔστι δὲ τὸ σχῆμα τῆς παρεγκεφαλίδος ἑοικὸς κεφαλῇ δράκοντος, περὶ οὗ πολὺς ὁ λόγος τοῖς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως γίνεται, καθὼς ἐπιδείξομεν. 15 Ἐτεραι δὲ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου φύονται ἐξ συζυγίαι, αἱ περὶ τὴν κεφαλήν διϊκνούμεναι συνέχουσι τὰ σώματα ἐν αὐτῇ περατούμεναι·

est fixum et immobile et in seipso spiritum continens. Hæc quæ narrant ut non incredibilia, ita longe remota sunt a demonstratione horum hominum. Cerebro enim secto inest intus quod appellatur camarium cui ab utraque parte adhærent membranæ tenues quæ vocantur pterygia. Hæ autem membranæ leniter spiritu moventur et rursus remittunt spiritum ad cerebellum et inde transiens vasculum quoddam calamo simile fluit ad conarium. Huic adhæret os cerebelli et recipit spiritum perfluentem et remittit eum ad dorsalem quæ dicitur medullam. Inde totum corpus accipit spirituale flumen quum omnes arteriæ ramorum instar ex hoc vasculo aptæ sint; hujus vero fluminis in genitalibus vasculis finis est, unde et semina existimantur ex cerebro per lumbos fluere. Cerebelli autem figura similis est capiti serpentis de qua multus sermo est apud istos falsæ cognitionis (γνώσεως) discipulos, ut demonstrabimus. Ex cerebro autem alteræ sex conjugationes (συζυγίαι) procedunt, quæ, circa caput porrectæ et in ipso terminum habentes, com-

4. τὸ Mill.; τὸν cod. — 6. παρακεφα-
λίδα cod. — 6-7. ὃ διατρέχων cod. corr.
Mill. — 7. ἑοικότι cod. corr. Mill. —

15. ἐπιδείξομεν cod. — 16-17. περὶ τὴν
κεφαλήν διϊκνούμεναι συνέχουσι τὰ σώ-
ματα] Hæc forsân corrupta.

ἡ δὲ ἐβδόμη ἐκ τῆς παρεγκεφαλίδος [εἶσιν] εἰς τὰ κάτω τοῦ λοιποῦ σώματος, καθὼς εἶπομεν. Καὶ περὶ τούτου δὲ πολὺς ὁ λόγος, ὅθεν καὶ Σίμων καὶ Οὐαλεντίνος εὐρεθήσονται ἐντεῦθεν ἀφορμὰς εἰληφότες, καὶ ⁽⁹²⁾ εἰ μὴ ὁμολογοῖεν, ὄντες πρῶτον ψεῦσαι, εἶτα αἰρετικοί. Ἐπεὶ οὖν καὶ ταῦτα δοκεῖ ἱκανῶς ἡμᾶς ἐκτεθεῖσθαι, πάντα δὲ τὰ δοκοῦντα εἶναι τῆς ἐπιγείου φιλοσοφίας δόγματα περιεληπταί ἐν τέσσαρσι βιβλίοις, δοκεῖ ἐπὶ τοὺς τούτων χωρεῖν μαθητάς, μᾶλλον δὲ κλεψιλόγους.

plectuntur corpora. Septima autem ex cerebello ad inferiores partes corporis descendit, ut diximus. Et de hoc quoque sermo multus est unde promptum est arguere Simonem et Valentinum ex his placitis suam doctrinam deprompsisse, atque, etiamsi non confiteantur, eosdem esse primo mendaces, deinde hæreticos. Quum autem videamur hæc sufficienter exposuisse, quumque omnia terrenæ philosophiæ dogmata his quatuor libris sint comprehensa, nunc adeamus ad horum discipulos vel, ut verius dicam, compilatores.

1. Ante *eis* voc. *εἶσιν* inserendam esse hujus libri : φιλοσοφουμένων δ̄ βιβλίων recte conjecit Millerus. — 8. Ad calcem cod.

BIBLION E' ⁽⁹³⁾.

1. Τάδε ἔνεσιν ἐν τῇ πέμπτῃ τοῦ κατὰ πασῶν αἵρέσεων ἐλέγχου.
2. Τίνα οἱ Ναασσηνοὶ λέγουσιν οἱ ἑαυτοὺς γνωστικούς ἀποκαλοῦντες, καὶ ὅτι ἐκεῖνα δογματίζουσιν ἢ πρότερον οἱ Ἑλλήνων φιλόσοφοι ἐδογματίσαν καὶ οἱ τὰ μουσικά παραδόντες, ἀφ' ὧν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες αἵρέσεις συνεσήσαντο. 5
3. Καὶ τίνα τὰ τοῖς Περάταις δοκοῦντα, καὶ ὅτι μὴ ἀπὸ τῶν ἁγίων γραφῶν τὸ δόγμα αὐτοῖς συνίσταται, ἀλλὰ ἀπὸ ἀστρολογικῆς.
4. Τίς δὲ κατὰ τοὺς Σηθιανοὺς λόγος, καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν καθ' Ἑλληνας σοφῶν κλεψιλογήσαντες Μουσαίου καὶ Λίνου καὶ Ὀρφέως 10 τὸ δόγμα ἑαυτῶν συνεκάτυσαν.
5. Τίνα τὰ Ἰουσίηνι δοκοῦντα, καὶ ὅτι μὴ ἀπὸ τῶν ἁγίων γραφῶν τὸ δόγμα αὐτῷ συνίσταται, ἀλλ' ἐκ τῶν Ἡροδότου τοῦ ἱστοριογράφου τερατολογιῶν ⁽⁹⁴⁾.

LIBER V.

1. Hæc continentur quinto omnium hæresium refutationis libro.
2. Quænam profiteantur Naasseni, qui se ipsos gnosticos vocant; et quo modo eadem doceant quæ prius instituerunt philosophi græci iique qui mystica tradiderunt, a quibus profecti hæreses suas constituerint.
3. Quæ Peratarum placita sint, et quo modo dogmata sua non ex sacris scripturis sed ex astrologicis artibus deprompta condiderint.
4. Quæ sit Sethianorum doctrina, et quo modo ex surreptis Græcorum sapientium placitis, Musæi, Lini et Orphei, sua dogmata dolose instruxerint.
5. Quæ sint Justini placita, et quo modo doctrinam suam instituerit non e sacris scripturis, sed ex Herodoto fabularum narratore.

2. Ναασσηνοὶ cod. Mill. corr. Schneid. — 4. καὶ οἱ Schneid.; καὶ ὅτι cod. Mill. — 9. Σηθιανοὺς cod. Mill. quod ubique correxit Schneid. — 10. κλεψιλογήσαν-
 tes cod. Supra, l. 58, dixit auctor κλεψι-
 λόγους. Idem in libro primo, p. 6, 16.
 — 10. Μουσέου cod. — 13. αὐτῶν cod.;
 αὐτῷ Mill. — Ἡρωδότου cod.

α'. Ναασσηνοί.

6. Πάνυ νομίζω πεπονημένως τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς καθ' Ἑλλη-
 νὰς τε καὶ βαρβάρους [φιλοσόφοις] περὶ τε τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς τοῦ
 κόσμου δημιουργίας ἐκτεθεῖσθαι ἐν ταῖς πρὸ ταύτης τέσσαρσι βι-
 βλοῖς, ὧν οὐδὲ τὰ περιέργα παραλείψας οὐ τὸν τυχόντα πόνον
 5 ἀναδέδεγμαί τοῖς ἐντυγχάνουσι, προτρεπόμενος πολλοὺς πρὸς φι-
 λομάθειαν καὶ ἀσφάλειαν τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν γνώσεως. Περιλεί-
 πεται τοίνυν ἐπὶ τὸν τῶν αἰρέσεων ἔλεγχον ὀρμᾶν, [οὗ] χάριν καὶ τὰ
 προειρημένα ἡμῖν ἐκτεθείμεθα, ἀφ' ὧν τὰς ἀφορμὰς μετασχόντες οἱ
 αἰρεσιάρχαι δίκην παλαιορράφων [συγκ]ατύσαντες πρὸς τὸν ἴδιον
 10 νοῦν τὰ τῶν παλαιῶν σφάλματα ὡς καινὰ παρέθεσαν τοῖς πλανᾶ-
 σθαι δυναμένοις, ὡς ἐν τοῖς ἀκολούθοις δείξομεν. Τὸ λοιπὸν προκα-
 λεῖται ἡμᾶς ὁ χρόνος ἐπὶ τὴν τῶν προκειμένων πραγματείαν χωρεῖν,
 ἄρξασθαι δὲ ἀπὸ τῶν τετολμηκότων τὸν αἴτιον τῆς πλάνης γενόμε-
 νον ὄφιν ὑμνεῖν διὰ τινων ἐφηρημένων κατὰ [τὴν] αὐτοῦ ἐνέργειαν

I. NAASSENI.

6. Arbitror omnium philosophorum apud Græcos et barbaros de Deo et
 de mundi creatione placita diligentissime exposita esse in quatuor libris su-
 perioribus, eorum etiam præstigiis non omissis, multoque labore suscepto
 4 ut multos exhortarer ad doctrinæ amorem et ad certam cognitionem veritatis
 acquirendam. Jam igitur ad hæresium refutationem procedendum, quam
 propter exposita sunt omnia quæ supra de philosophis a nobis dicta sunt;
 e quibus quum originem duxissent hæresiarchæ, veteramentariorum instar,
 priscorum errores ad suos consuerunt eosque tanquam novam doctrinam
 proposuerunt hominibus qui deludi possunt, ut in sequentibus libris osten-
 demus. Jam provocat nos tempus ad propositum ire, incipientes vero ab
 eis qui ausi sunt serpentem, erroris sui auctorem, celebrare verbis ipsius

CAP. 1, l. 2. φιλοσόφοις add. Schn. — prorsus ablatas dicit. — 8. μετασχόντες
 3. ταῖς Schn.; τοῖς cod. Mill. — 4. παρα- cod.; μεταλαβόντες susp. Millerus. — 9.
 λείψας Schneid.; ἀποκαλύψας cod. Mill. [συγκ]ατύσαντες Mill. in Add.; ..ατατῶ-
 — 7. οὗ χάριν Schn.; τούτου χάριν Mill. σαντες cod. — 10. καινὰ cod.; καινὰ Mill.
 qui in Add. voc. τούτου litteras in cod. — 14. κατὰ τὴν] κατ' αὐτοῦ cod. Mill. Sch.

λόγων. Οἱ οὖν ἱερεῖς καὶ προσιάται τοῦ δόγματος γεγένηται πρῶ-
 τοι οἱ ἐπικληθέντες Ναασσηνοί, τῇ Ἑβραϊδί φωνῇ οὕτως ὠνομασμέ-
 νοι· νάας δὲ ὁ ὄφεις καλεῖται. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκάλεσαν ἑαυτοὺς
 γνωστικούς, φάσκοντες μόνοι τὰ βάθη γινώσκειν· ἐξ ὧν ἀπομερι-
 σθέντες πολλοὶ πολυσχιδῆ τὴν αἵρεσιν ἐποίησαν οὔσαν μίαν, δια- 5
 φόροις ⁽⁹⁵⁾ δόγμασι τὰ αὐτὰ διηγούμενοι, ὡς διελέγξει προβαίνων ὁ
 λόγος. Οὗτοι τῶν ἀπάντων [ἀρχὴν], παρὰ τὸν αὐτῶν λόγον, τιμῶ-
 σιν ἄνθρωπον καὶ υἶδν ἄνθρώπου. Ἐστὶ δὲ ἄνθρωπος οὗτος ἀρσενό-
 θηλος, καλεῖται δὲ Ἀδάμας παρ' αὐτοῖς· ὕμνοι δὲ εἰς αὐτὸν γεγόνασι
 πολλοὶ καὶ ποικίλοι· οἱ δὲ ὕμνοι, ὡς δι' ὀλίγων εἰπεῖν, λέγονται 10

virtute inventis. Ergo sacerdotes et antistites hujus dogmatis fuerunt primi qui cognominati sunt Naasseni ex hebraica voce; *naas* enim serpens dicitur. Postea sese appellaverunt gnosticos, affirmantes se solos rerum abstrusa cognoscere, et mox in plures sectas divisi, unam hæresim in multas converterunt, dogmatibus diversis eadem explicantes, ut jam noster demonstrabit sermo. Hi omnium rerum principium, ut ipsi dicunt, hominem colunt et filium Hominis. Est autem hic Homo masculus et femina, et apud eos vocatur Adamas. Cujus ad honorem cantus multi et varii facti sunt; quæ carmina, ut paucis dicamus, feruntur apud eos esse in hunc prope modum :

2. De Naassenis, lege B. Iren. lib. I, c. xxxiv; Origenis contra Celsum lib. VI, c. xxviii et sqq.; Tertull. *Præscr.* c. xlvii; Theodor. *Hæreticorum fabul.* lib. I, c. xiv; ejusd. *Quæst.* XLIX in II, IV Reg.; B. Epiphani. *Adversus hæreses*, XXXVII; ejusd. operis, XXV; B. August. *De hæres.* XVII. Conf. B. Hieron. *Comm. epist. ad Galat.* lib. II; B. Philost. c. 1; Prædest. c. xvii. De Naassenis qui secundo vel tertio sæculo in Indiam migrarunt et Indos placita sua docuerunt, lege *Asiatic Researches*, vol. X, p. 39 sqq. edit. 1811. — 7. τῶν ἄλλων ἀπάντων cod. Mill. Conf. infra, lib. X, c. ix: Ναασσηνοὶ ἄνθρωπον καλοῦσι τὴν πρώτην τῶν ὄλων ἀρχήν, τὸν αὐτὸν καὶ υἶδν ἄνθρώπου. Hunc autem locum manus male sedula glossematis in-

quinavit, veluti τῶν ἄλλων ἀπάντων videtur ortum esse, postquam τῶν ὄλων in τῶν ἄλλων abiit. Schneid. Aberravit Bernaysius (Ep. crit. ad Bunsenium), quum conjicit: Οὗτοι τῶν ἄλλων ἀπάντων πατέρα τῶ αὐτῶ λόγῳ τιμῶσι κ. τ. λ. Schn. — 9. De hoc Adamo, archetypo universorum, confer Abrah. Cohen *Iriræ philos. cabal.* dissert. VI, cap. vii; *ibid.* cix, p. 112; *Appar. in Zohar.* fig. 1, p. 195. Ut terrestris Adamus parvus mundus est, sic cælestis Adamus magnus mundus. Ejus quodque membrum mysterium aliquod continet, sapientia enim ejus calva est; intelligentia, auris dextera; prudentia, sinistra auris. Pectori lumen immensum inest cujus radii ex oculis et auribus effluunt. — 10-p. 140, l. 1-3. Conf. Iren.

παρ' αὐτοῖς τοιοῦτόν τινα τρόπον. « Ἀπὸ σοῦ πατήρ καὶ διὰ σέ μή-
 « τηρ, τὰ δύο ἀθάνατα ὑνόματα, Αἰώνων γονεῖς, πολῖτα οὐρανοῦ,
 « μεγαλώνυμε ἄνθρωπε. » Διαιροῦσι δὲ αὐτόν, ὡς Γηρυόνην, τριχῆ.
 Ἔστι γὰρ τούτου, Φασί, τὸ μὲν νοερόν, τὸ δὲ ψυχικόν, τὸ δε χοῖ-
 5 κόν· καὶ νομίζουσιν εἶναι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ ἀρχὴν τοῦ δύνασθαι
 γινῶναι τὸν Θεόν, λέγοντες οὕτως· « Ἀρχὴ τελειώσεως γνῶσις ἀ[ν-
 « θρώπου, Θεοῦ δέ] γνῶσις ἀπηρτισμένη τελείωσις. » Ταῦτα δὲ
 πάντα, Φησί, τὰ νοερὰ καὶ ψυχικὰ καὶ χοϊκὰ κεχώρηκε καὶ κατ[ε-
 λήλυθεν εἰς] ἓνα ἄνθρωπον ὁμοῦ, Ἰησοῦν τὸν ἐκ τῆς Μαρίας γεγε-
 10 νημένον· καὶ ἐλάλουν, Φησίν, ὁμοῦ κατὰ τὸ αὐτὸ οἱ τρεῖς οὗτοι ἄν-
 θρωποι ἀπὸ τῶν ἰδίων οὐσιῶν τοῖς ἰδίοις ἑκαστός. Ἔστι γὰρ τῶν
 ὄλων τρία γένη κατ' αὐτούς, ἀγγελικόν, ψυχικόν, χοϊκόν· καὶ τρεῖς
 ἐκκλησίαι, ἀγγελικὴ, ψυχικὴ, χοϊκὴ· ὑνόματα δὲ αὐταῖς ἐκλεκτὴ,
 κλητὴ, αἰχμάλωτος.

« A te pater et per te mater, illa duo nomina immortalia, Æonum parentes,
 « civis cœli, magno nomine homo. » Dividunt autem illum sicut Geryonen
 in tres partes. Est enim hujus, aiunt, pars rationalis, pars animalis, tertia
 pars terrena; tum arbitratur notitiam ejus esse principium cognitionis Dei,
 dicentes hunc in modum: « Perfectionis initium cognitio est hominis, co-
 « gnitio autem Dei est perfectio absoluta. » Hæc omnia, ait Naassenus, ratio-
 nalia et animalia et terrena devenerunt et cesserunt simul in unum hominem,
 Jesum, qui ex Maria natus est, et simul hi tres homines, ait Naassenus, una
 loquebantur ad suos ex sua quisque essentia. Sunt enim, secundum eos,
 universorum tria genera, angelicum, animale, terrenum, et tres Ecclesiæ,
 angelica, animalis, terrena, et eorum nomina: electa, vocata, captiva.

c. hæc. l. I: «... et refrigerant in hoc
 « omnia hymnizare magnum Æona. Hinc
 « autem dicunt manifestatam Matrem,
 « Patrem, Filium... » — 1. πατήρ. Cf.
 infra, l. VIII, c. xii: Ἀὕτη μήτηρ, αὕτη
 πατήρ, τὰ δύο ἀθάνατα ὑνόματα Schneid.
 — 2. γονεῦ? Schneid. — 3. Γηρυόνην.
 Conf. infra, c. viii. — 6-7. Lacunam ex-
 plevit Mill. ex c. viii (p. 115, ed. Mill.)
 Ἀρχὴ γὰρ, Φησίν, τελειώσεως γνῶσις

ἀνθρώπου· Θεοῦ δὲ γνῶσις ἀπηρτισμένη
 τελείωσις. — 8. κεχώρηκε Bernaysius e
 lib. X, c. ix, p. 314, 7, ed. Oxon.; καὶ
 ἐχώρησε cod.; κατεχώρησε Mill.; κατε-
 λήλυθεν εἰς Schneid.; κατ... cod.; κα-
 τήλυθεν Mill. — 9-13. Si conferemus quæ
 scripsit Origenes de Naassenis, jam mani-
 festum erit φιλοσοφουμένων auctorem de
 iisdem hæreticis in sententiam valde di-
 versam ivisse. Hic enim ait Jesum Chris-

7. Ταῦτα ἐσὶν ἀπὸ πολλῶν πάνυ λόγων τὰ κεφάλαια, ἃ φησὶ παραδεδωκέναι Μαριάμνη τὸν Ἰάκωβον τοῦ Κυρίου τὸν ἀδελφόν. Ἴν' οὖν μήτε Μαριάμνης ἔτι καταψεύδωνται οἱ ἀσεβεῖς, μήτε Ἰακώβου, μήτε τοῦ⁽⁹⁶⁾ σωτῆρος αὐτοῦ, ἔλθωμεν ἐπὶ τὰς τελετάς (ὅθεν αὐτοῖς οὗτος ὁ μῦθος), εἰ δοκεῖ, ἐπὶ τὰς βαρβαρικὰς τε καὶ ἑλληνικὰς, καὶ 5 ἴδωμεν ὡς τὰ κρυπλὰ καὶ ἀπόρρητα πάντων ὁμοῦ συνάγοντες οὗτοι μυστήρια τῶν ἐθνῶν, καταψευδόμενοι τοῦ Χριστοῦ, ἐξαπατῶσι τοὺς ταῦτα οὐκ εἰδότας τὰ τῶν ἐθνῶν ὄργια. Ἐπεὶ γὰρ ὑπόθεσις αὐτοῖς ὁ ἄνθρωπος ἐστὶν Ἀδάμας, καὶ λέγουσι γεγράφθαι περὶ αὐτοῦ· « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται; » μάθετε πῶς κατὰ 10

7. Hæc sunt præcipua plurimorum commentorum capita, quæ, ut dicit Naassenus, Jacobus Domini frater Mariamnæ tradidit. Ne igitur homines isti impii de Mariamna posthac mentiantur, nec de Jacobo, nec de Salvatore ipso, eamus ad mysteria (unde eis hæc fabula venit) si placet, ad barbarica et græca inquam, et videamus quomodo occulta et infanda universarum gentium una colligentes mysteria, mentientesque in Christum, decipiant eos qui illa gentium mysteria ignorant. Quum enim principium doctrinæ eorum sit homo Adamas, quumque dicant de eo scriptum esse: « Quis « generationem ejus enarrabit? » Discite quomodo ex diversis gentibus acci-

tum cultum esse a Naassenis; qui etiam Evangelium secund. B. Johannem et plures B. Pauli epist. ac Vetus Testamentum ut sacra et genuina habebant. Origenes autem ait Naassenos nec Salvatorem, nec Deum, nec Dei filium, nec doctorem Jesum existimare (adv. Cels. lib. VI, c. xxx); addit etiam: « Nec nomen Jesu sustinere « audent. . . imo Jesum ita execrantur, ut « neminem in sodalitiū suū admittant, « nisi prius Jesu Christo maledixerit. Καὶ « μὴ πρότερον προσίσθαι τινα ἐπὶ τὸ « συνέδριον ἐαυτῶν, ἐὰν μὴ ἄρὰς θῆται « κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. » (l. VI, c. xxviii.) Hinc apparet Origenem et nostrum φιλοσοφουμένων auctorem vel diversas Naassenorum sectas novisse vel ex diversis fontibus opiniones eorum hausisse. — 2. Hujusce Mariamnæ mentionem fecerat Celsus. Cui

Origenes respondit: Κέλσος μὲν οὖν οἶδε καὶ Μαρκελλιανούς ἀπὸ Μαρκελλίνας καὶ Ἀρποκρατιανούς ἀπὸ Σαλώμης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μαριάμνης, καὶ ἄλλους ἀπὸ Μάρθας· ἡμεῖς δέ, οἱ διὰ τὴν κατὰ τὸ δυνατόν ἡμῖν φιλομάθειαν οὐ μόνον τὰ ἐν τῷ λόγῳ, καὶ τὰς διαφορὰς τῶν ἐν αὐτῷ ἐξετάσαντες, ἀλλ' ὅση δύναμις καὶ τὰ τῶν φιλοσοφῶντων φιλαληθῶς ἐρευνήσαντες, οὐδέποτε τούτοις ὠμίλησαμεν. Hinc apparet Origeni non adscribenda esse φιλοσοφούμενα. Hujus enim operis auctor novit Mariamnæ et tradita ei a B. Jacobo dogmata, novit etiam librum in quo hæc commenta legebantur et inde deprompsit ea quibus Refutationem hæresium amplificavit suam. Origenes autem ipse testificatur se nunquam in Mariamnæ sectatores incidisse.

τῶν ἐθνῶν τὴν ἀνεξεύρητον καὶ διάφορον τοῦ ἀνθρώπου γενεὰν
λαβόντες ἐπιπλάσσουσι τῷ Χριστῷ. Γῆ δέ, φασὶν οἱ Ἕλληνες, « ἀν-
« θρωπον ἀνέδωκε πρῶτη καλὸν ἐνεγκαμένη γέρας, » μὴ φυτῶν ἀναι-
σθήτων μηδὲ θηρίων ἀλόγων, ἀλλὰ ἡμέρου⁽⁹⁷⁾ ζῴου καὶ Θεοφιλοῦς
5 ἐθέλουσα μήτηρ γενέσθαι· « χαλεπὸν δέ, » φησὶν, « ἐξευρεῖν, εἴτε
« Βοιωτοῖς Ἀλαλκομενεὺς ὑπὲρ λίμνης Κηφισίδος ἀνέσχε πρῶτος

pientes narrationem generationis hominis inexploratam et multiplicem, eam
Christo attribuant. « Terra vero, ut Græci aiunt, hominem procreavit, prima
« pulchrum munus ferens, volens mater fieri non plantarum sensu carentium,
« nec ferarum rationis expertium, sed mitis animalis et Deo grati. Difficile
« autem ait detegere utrum Bœotis Alalcomeneus super lacum Cephisidem

1. ἀνεξεύρητον? Mill.; ἀνεξερεύνητον? Schneid. *Philol.* I, p. 421 sqq.; Hermann.
Schneid. — ἀδιάφορον cod. Mill. Schneid. *ibid.* p. 584; Th. Bergk. *Ann. Marburg.*
Lego διάφορον. Nam generationem homi-
«ζῶσαν.» Οὗτός ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἔσω ἄνθρωπος ὁ ψυχικὸς ἐν τῷ
σώματι κατοικῶν τῷ ὑλικῷ, ὃ ἐστὶν ὑλικός, φθαρτός, τελείως ἐκ
τῆς διαβολικῆς οὐσίας πεπλασμένος. Ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ ὑλικὸς ἄν- 10
θρωπος οἶονεῖ (κατ' αὐτοὺς) πανδοχεῖον ἢ κατοικητήριον, ποτὲ μὲν
ψυχῆς μόνης, ποτὲ δὲ ψυχῆς καὶ δαιμόνων, ποτὲ δὲ ψυχῆς καὶ λό-
γων, οἵτινές εἰσι λόγοι ἀνωθεν κατεσπαρμένοι ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τοῦ
Πληρώματος καρποῦ καὶ τῆς Σοφίας εἰς τοῦτον τὸν κόσμον, κατοι-
κοῦντες ἐν [σώμα]τι χοϊκῷ μετὰ ψυχῆς, ὅταν δαίμονες μὴ συνοικῶσι 15
τῇ ψυχῇ. Τοῦτο ἐστὶ, Φησί, τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ Γραφῇ· «Τούτου

externa est Jerusalem, et sponsus ejus est communis Pleromatis fructus. Emisit et Demiurgus animas. Illa autem substantia animarum est secundum eos in ipso Abraham, et animæ sunt filii Abraham. Ex materiali substantia et ex diabolica Demiurgus animis affinxit corpora. Quod quidem dictum est hisce verbis : « Formavit Deus hominem de limo terræ et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ et factus est homo in animam viventem. » Hic est secundum illos animalis homo interior, in corpore materiali habitans. Materialis homo est mortalis et ex substantia diabolica plene formatus. Est autem iste materialis homo, secundum eos, quasi diversorium vel domicilium ubi aliquando habitat anima sola, aliquando anima et dæmones, aliquando anima et verba, quæ sunt verba ex fructu communi Pleromatis et ex Sapientia desuper immissa in hunc mundum et inhabitantia cum anima in corpore terreno, quando dæmones non cohabitant cum anima. Hoc est, ait Valentinus, quod scriptum est in sacra Scriptura. « Hujus rei

1. κοινωνός cod. Mill. — 2. [δὲ] addidi κατ' αὐτοὺς delendum, ut apparet ex loco quod exciderat post αλε. — 5-8. Gen. 11, quo intrusum est inepte. An κατώγειον? 7. — 9. τέλειος cod.; τελείως Millerus, — 11-16. Cf. B. Epiph. Hær. xxxi, § 7. Bunsen.; ἀτέλειος Dunck. quod post ὑλι- — 16, et p. 294, 1-6. Conf. B. Pauli ad κός et φθαρτός supervacuum esset. — 11. Ephes. iii, 14-18.

«χάριν κάμπλω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα καὶ Κύριον
 «τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα δῶῃ ὑμῖν ὁ Θεὸς κατοικῆσαι
 «τὸν Χριστὸν εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, » τουτέστι τὸν ψυχικόν, οὐ τὸν
 σωματικόν, «ἵνα ἐξισχύσητε νοῆσαι τί τὸ βάθος, » ὅπερ ἐστὶν ὁ Πα-
 5 τὴρ τῶν ὄλων, «καὶ τί τὸ πλάτος, » ὅπερ ἐστὶν ὁ Σταυρός, ὁ ὄρος τοῦ
 Πληρώματος, «ἢ τί τὸ μῆκος, » τουτέστι τὸ Πλήρωμα τῶν Αἰώνων.
 Διὰ⁽¹⁹⁴⁾ τοῦτο [ὁ] ψυχικός, φησίν, ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύ-
 ματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστὶ· μωρία δέ, φησίν, ἐστὶν ἡ
 δύναμις τοῦ Δημιουργοῦ· μωρὸς γὰρ ἦν καὶ ἄνους, καὶ ἐνόμιζεν
 10 αὐτὸς δημιουργεῖν τὸν κόσμον, ἀγνοῶν ὅτι πάντα ἡ Σοφία ἡ Μήτηρ
 ἡ Ὀγδοὰς ἐνεργεῖ αὐτῷ πρὸς τὴν κτίσιν τοῦ κόσμου οὐκ εἰδῶτι.

35. Πάντες οὖν οἱ προφηῆται καὶ ὁ νόμος ἐλάλησαν ἀπὸ τοῦ Δη-
 μιουργοῦ, μωροῦ, λέγει, Θεοῦ, μωροὶ, οὐδὲν εἰδότες. Διὰ τοῦτο,
 φησί, λέγει ὁ Σωτήρ· «Πάντες οἱ πρὸ ἐμοῦ ἐληλυθότες κλέπται
 15 «καὶ λησῆαι εἰσὶ. » Καὶ ὁ Ἀπόστολος· «Τὸ μυστήριον ὃ ταῖς προ-
 «τέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη. » Οὐδεὶς γάρ, φησί, τῶν προφητῶν

«gratia flecto genua mea ad Deum et Patrem et Dominum. Domini nostri
 «Jesu Christi, ut det vobis Deus inhabitare Christum in interiori homine, »
 id est in anima non in corpore hominis, «ut possitis comprehendere quid
 «sit profundum, » quod est Pater omnium, «quæ sit latitudo, » id est Crux
 vel terminus Pleromatis, «quæ sit longitudo, » id est Pleroma Æonum.
 Et propter illud, ait, «animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus
 «Dei: stultitia enim est illi. » Stultitia autem, inquit, est potestas Demiurgi;
 stultus enim erat et amens et opinabatur a semetipso formari mundum,
 dum Sapientia Mater et Ogdoas omnia operabatur, quod quidem nesciebat,
 pro illo ignaro ad constitutionem mundi.

35. Lex igitur et omnes prophetæ locuti sunt per Demiurgum, insanum
 quidem deum, ut dicit, insani ipsi, nihil scientes. Quamobrem affirmat
 Salvatorem dixisse: «Omnes, quotquot ante me venerunt, fures sunt et la-
 «trones; » et Apostolum: «Mysterium quod absconditum fuit a sæculis et
 «generationibus. » Nullus enim, ait, Prophetarum dixit de istis eorum quid-

2. ἡμῖν cod. — 7. Conf. B. Pauli I ad phan. *Hæc.* xxxi, § 22. — 14. B. Joan. 1,
 Corinth. 11, 14. — 13 sqq. Conf. B. Epi- 8. — 15-16. B. Pauli ad Coloss. 1, 26.

εἶρηκε περὶ τούτων οὐδὲν ὧν ἡμεῖς λέγομεν· ἠγνοεῖτο γὰρ πάντα, ἅτε δὴ ἀπὸ μόνου τοῦ Δημιουργοῦ λελαλημένα. Ὅτε οὖν τέλος ἔλαβεν ἡ κτίσις, καὶ ἔδει λοιπὸν γενέσθαι τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τοῦ Δημιουργοῦ, τὴν ἐγκεκαλυμμένην, ἣν, Φησὶν, ἐγκεκαλυπτο ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος, καὶ εἶχε κάλυμμα ἐπὶ τὴν 5 καρδίαν· ὁπότε οὖν ἔδει ἀρθῆναι τὸ κάλυμμα καὶ ὀφθῆναι ταῦτα τὰ μυστήρια, γεγέννηται ὁ Ἰησοῦς διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὸ εἰρημένον· « Πνεῦμα Ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ· » Πνεῦμα ἐστὶν ἡ Σοφία· « καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· » Ὑψιστός ἐστὶν ὁ Δημιουργός. « Διὸ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται. » Γεγέ- 10 νηται γὰρ οὐκ ἀπὸ Ὑψίστου μόνου, ὥσπερ οἱ κατὰ τὸν Ἄδὰμ κτισθέντες ἀπὸ μόνου ἐκτίσθησαν τοῦ Ὑψίστου, τουτέστι (τῆς Σοφίας καὶ) τοῦ Δημιουργοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ὁ καινός ⁽¹⁹⁵⁾ ἄνθρωπος, ἀπὸ Πνεύματος Ἁγίου [καὶ τοῦ Ὑψίστου], τουτέστι τῆς Σοφίας καὶ τοῦ Δημιουργοῦ, ἵνα τὴν μὲν πλάσιν καὶ κατασκευὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ 15 ὁ Δημιουργὸς καταρτίσῃ, τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα παράσχη

quam quæ nos dicimus. Omnia enim incognita erant utpote inde a solo dicta Demiurgo. Quum igitur ad finem adducta est creatio et oportuit fieri revelationem filiorum Dei, id est Demiurgi, usque adhuc obvelatam, qua quidem, inquit, obvelatus fuerat animalis homo velamen habens super cor: quum igitur oportuit velamen istud tolli et conspici mysteria, natus est Jesus ex Maria Virgine, ut dictum est: « Spiritus Sanctus superveniet in te. » Spiritus est Sapientia. « Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Altissimus est Demiurgus. « Itaque quod nascetur ex te sanctum vocabitur. » Natus est enim non ex solo Altissimo sicut filii Adam qui a solo Altissimo creati sunt. Jesus autem novus homo natus est e Spiritu Sancto et ex Altissimo, id est ex Sapientia et Demiurgo, hoc quidem pacto ut formam et membra corporis ejus Demiurgus fingeret, naturam vero Spiritus Sanctus

8. B. Luc. 1, 35. — 12-13. Uncis inclusi τῆς Σοφίας καὶ, quæ ex eisdem verbis infra repetitis proveniunt et sunt delenda. Male legunt Bernaysius et Bunsenius τοῦ Ὑψίστου [ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Πνεύμα-

τος καὶ τοῦ Ὑψίστου] τουτέστι τῆς Σοφίας καὶ τοῦ Δημιουργοῦ κ. τ. λ. Scilicet non animadverterunt his additis in eodem loco eadem bis dici.

τὸ Ἅγιον, καὶ γένηται Λόγος ἐπουράνιος ἀπὸ τῆς Ὀγδοάδος γεννη-
 θείς διὰ Μαρίας. Περὶ τούτου ζήτησις μεγάλη ἐστὶν αὐτοῖς, καὶ σχι-
 σμάτων καὶ διαφορᾶς ἀφορμή. Καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ διδασκαλία
 αὐτῶν διηρημένη, καὶ καλεῖται ἡ μὲν ἀνατολική τις διδασκαλία
 5 κατ' αὐτούς, ἡ δὲ ἰταλιωτική. Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, ὧν ἐστὶν
 Ἡρακλέων καὶ Πτολεμαῖος, ψυχικόν φασὶ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ γεγο-
 νέναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τὸ Πνεῦμα ὡς περιστερὰ
 κατελήλυθε, τουτέστιν ὁ Λόγος ὁ τῆς μητρὸς ἄνωθεν τῆς Σοφίας,
 καὶ γέγωνε τῷ ψυχικῷ, καὶ ἐγήγερκεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Τοῦτο
 10 ἐστὶ, φησί, τὸ εἰρημένον· «Ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωο-
 ποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν καὶ τὰ ψυχικά.» Ὁ χοῦς γὰρ
 ὑπὸ κατάραν ἐλήλυθε· «Γῆ γάρ, φησὶν, εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύση.»
 Οἱ δ' αὖ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς λέγουσιν, ὧν ἐστὶν Ἀξιόνικος καὶ Βαρ-
 δησιάνης, ὅτι πνευματικὸν ἦν τὸ σῶμα τοῦ Σωτῆρος· Πνεῦμα γὰρ

pararet et exiret Verbum caeleste ex Ogdoade, natum ex Maria. Hoc apud
 Valentinianos initium dedit magnæ quæstioni et disceptationibus et dissidiis.
 Inde enim scholæ eorum divisio : una vocatur apud eos orientalis, altera
 autem italica. Qui ex Italia sunt (quos inter Heracleon et Ptolemæus cele-
 brantur) dicunt corpus Jesu natum fuisse psychicum (animale) et propterea
 in baptisate Spiritum ut columbam descendisse, qui quidem fuit Verbum
 matris cælestis Sapientiæ. Quod Verbum clamavit psychico corpori et illud
 suscitavit ex mortuis, et illud est, ut aiunt, quod dictum est : « Qui resusci-
 «tavit Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra et psychica. »
 Limus enim maledictioni devotus erat : « Terra es, et in terram reverteris. »
 Qui orientalis scholæ placita amplexi sunt, quos inter innotuerunt Axionicus
 et Bardesianes, dicunt spirituale fuisse corpus Redemptoris. Nam Spiritus

9. γέγωνε cod. Mill. Legend. γέγωνε ob
 sequentia. — 10-11. B. Pauli ad Rom.
 VIII, 11. — 12. Gen. III, 19. — 13 sqq.
 Conf. excerpta ex Theodoto et ex vetustis-
 simis Valentinianorum scholæ orientalis
 libris, apud Bunsenium (*Analecta Ante
 Nic.* I, p. 203-278). Axionici mentio est
 apud solum Tertullianum cujus cœvus
 erat. Antiochiæ autem claruit. Vide Tert.

cont. Valent. c. IV. Ἀρδησιάνης cod. Mill.;
 Βαρδησιάνης Syrus Edessæ floruit circa
 annum 172. « Eum dicit Eusebius Valen-
 «tini hæresim primo secutum esse; cu-
 «jus quum errorem postea coarguisset et
 «commentitias fabulas confutasset, vide-
 «batur se ad meliorem sententiam trans-
 «tulisse. Sed veteres errores non penitus
 «eluerat. » (*Hist. eccles.* lib. IV, c. XXVIII.)

Ἅγιον ἦλθεν ἐπὶ τὴν Μαρίαν, τουτέστιν ἡ Σοφία καὶ ἡ δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἡ δημιουργικὴ τέχνη, ἵνα διαπλασθῇ τὸ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τῆς Μαρίαν δοθέν.

36. Ταῦτα οὖν ἐκεῖνοι ζητεῖτωσαν κατ' αὐτοὺς καὶ εἴ τινα ἄλλω γένηται φίλον ζητεῖν. Ἀλλ' ἔτι λέγει ὡς διώρθωτο μὲν τὰ κατὰ τοὺς 5 Αἰῶνας ἔσω σφάλματα, διώρθωτο δὲ καὶ [τὰ] κατὰ τὴν Ὀγδοάδα τὴν ἔξω Σοφίαν, διώρθωτο δὲ καὶ [τὰ] κατὰ τὴν Ἑβδομάδα· ἐδιδάχθη γὰρ ὑπὸ τῆς Σοφίας ὁ Δημιουργός, ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτὸς Θεὸς μόνος ὡς ἐνόμιζε, ⁽¹⁹⁶⁾ καὶ πλὴν αὐτοῦ ἕτερος (οὐκ) ἔστιν· ἀλλ' ἔγνω διδαχθεὶς ὑπὸ τῆς Σοφίας τὸν κρείττονα· κατηχήθη γὰρ ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἐμυήθη καὶ 10 ἐδιδάχθη τὸ μέγα τοῦ Πατρὸς καὶ τῶν Αἰώνων μυστήριον, καὶ ἐξεῖπεν αὐτὸ οὐδενί, τουτέστιν, ὡς φησιν, ὃ λέγει πρὸς Μωϋσῆν, « Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἀπήγγειλα αὐτοῖς, » τουτέστι τὸ μυστήριον οὐκ εἶπα, οὐδὲ ἐξηγησάμην τίς ἐστὶν ὁ Θεός, ἀλλ' ἐφύλαξα παρ' ἑμαυτῶ ἐν ἀπο- 15 κρύφῳ τὸ μυστήριον ὃ ἤκουσα παρὰ τῆς Σοφίας. Ἐδει οὖν διωρθωμένων τῶν ἄνω κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν καὶ τὰ ἐνθάδε τυχεῖν

Sanctus supervenit in Mariam, id est Sapientia et virtus Altissimi, ars Demiurgi, ut formaretur quod a Spiritu Mariæ datum est.

36. Hæc igitur isti quærant inter se et si quis sit cui hæc quærere placeat. Addit etiam Valentinus quomodo emendati fuerint errores apud Æones qui intus sunt, et quomodo apud Ὀγδοadem, exteriorem Sapientiam, et quomodo apud Hebdomadem fuerint emendati. Demiurgus enim didicit a Sapientia se non esse solum Deum ut quidem existimaverat et præter illum alterum esse; at a Sapientia doctus cognovit fortiolem: nam a Sapientia institutus et initiatus est et edoctus magnum Patris et Æonum mysterium; quod ille nemini dixit; idque, ut ait Valentinus, confessus est ad Moysen: « Ego Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Jacob et nomen meum non revelavi eis. » Id est mysterium non dixi, nec narravi quis sit Deus, sed in memetipso et in secreto custodivi mysterium quod a Sapientia didici. Oportuit igitur, emendatis omnibus quæ superna sunt, consequenti ratione ea

4. Ζητήτωσαν cod. — 5. ἐπει λέγει cod.; 6-7. [τὰ] add. — 9. οὐκ delendum. — 10. ἐπιλέγει conj. Mill.; ἔτι λέγει Bunsen. — κατήχθη cod. Mill.; κατηχήθη Bunsen.

διορθώσεως. Τούτου χάριν ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς Μα-
 ρίας, ἵνα διορθώσῃται [τὰ] ἐνθάδε ὡσπερ ὁ Χριστός, ὁ ἄνωθεν ἐπι-
 προβληθεὶς ὑπὸ τοῦ Νοῦς καὶ τῆς Ἀληθείας, διορθώσατο τὰ πάθη
 τῆς ἔξω Σοφίας, τουτέστι τοῦ Ἐκτρώματος· καὶ πάλιν ὁ διὰ Μαρίας
 5 γεγεννημένος ὁ Σωτὴρ ἦλθε διορθώσασθαι τὰ πάθη τῆς ψυχῆς.
 Εἰσὶν οὖν [κατ' αὐτοὺς] τρεῖς Χριστοί, ὁ ἐπιπροβληθεὶς ὑπὸ τοῦ Νοῦς
 καὶ τῆς Ἀληθείας μετὰ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, καὶ ὁ κοινὸς τοῦ Πλη-
 ρώματος καρπὸς ἰσόζυγος τῆς ἔξω Σοφίας, ἥτις καλεῖται καὶ αὐτὴ
 Πνεῦμα Ἅγιον ὑποδεέστερον τοῦ πρώτου· καὶ τρίτος ὁ διὰ Μαρίας
 10 γεννηθεὶς εἰς ἐπανόρθωσιν τῆς κτίσεως τῆς καθ' ἡμᾶς.

37. Διὰ πλειόνων νομίζω αὐτάρκως τὴν Οὐαλεντίνου αἵρεσιν
 Πυθαγόρειον οὔσαν ὑποτετυπῶσθαι· δοκεῖ δὲ καὶ δι' ἐλέγχων τὰ δο-
 κοῦντα αὐτοῖς ἐκθέμενον παύσασθαι. Πλάτων τοίνυν περὶ τοῦ παν-
 τὸς ἐκτιθέμενος μυστήρια γράφει πρὸς Διονύσιον τοιοῦτον τινὰ τρό-
 15 πον λέγων· ⁽¹⁹⁷⁾ «Φρασίου δὴ σοι δι' αἰνιγμάτων, ἵν' ἂν τι ἢ δέλτος

quoque emendari quæ sunt in hoc orbe posita : quapropter natus est Jesus
 Salvator ex Maria, ut hæc inferiora emendaret sicut Christus qui ex Intel-
 ligentia et Veritate desuper projectus emicuit ut corrigeret quæ passa est
 externa Sapientia, id est Abortus : rursum autem Jesus ex Maria natus venit
 correctum culpas animæ. Sunt igitur secundum eos tres Christi : Primus qui
 ex Intelligentia et Veritate cum Sancto Spiritu exortus est ; secundus com-
 munitis ille Pleromatis fructus, æqualis externæ Sapientiæ, qui etiam vocatur
 Spiritus Sanctus, sed primo inferior ; tertius qui natus est ex Maria ad
 emendationem hujus orbis nostri.

37. Jam arbitror pluribus argumentis et satis demonstravisse hæresim Va-
 lentini ex Pythagoricis disciplinis esse depromptam. Placet autem documen-
 tis demum allatis finem facere expositionis illorum dogmatum. Plato igitur
 de totius mundi natura exponens mysteria scribit ad Dionysium hoc fere te-
 nore : « Dicendum igitur tibi per ænigmata, ut si quid huic tabellæ vel mari

2. [τὰ] addidit Buns. — 5. πλῆθη cod. Mill. Legendum πάθη. Hæc fragmenta (§§ 36-37) videntur secunda manu ad-
 dita fuisse. — 15. Plat. Epist. II, t. IX,

p. 76, edit. Bekker. Londini, 1826. Cu-
 jus editionis versionem latinam hic ex-
 scripsi, quibusdam mutatis. — αἰνιγμάτων
 cod.; αἰνιγμῶν Plat. edit.

« ἢ πόντου [ἢ γῆς] ἐν πλυχαῖς πάθῃ, ὃ ἀναγνοὺς μὴ γυνῶ· ὥδε γὰρ
 « ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντα ἐστί, κάκεινου ἕνεκα πάντα·
 « κάκεινος αἴτιος πάντων τῶν καλῶν. Δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ
 « τρίτον περὶ τὰ τρίτα. Τοῦ δὲ βασιλέως πέρι, ὧν εἶπον οὐδέν ἐστι
 « τοιοῦτον. Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἡ ψυχὴ ἐπιζητεῖ μαθεῖν ὅποια ἄτλα 5
 « ἐστί, βλέπουσα εἰς τὰ ἑαυτῆς συγγενῆ, ὧν οὐδέν ικανῶς ἔχει. Τοῦτ'
 « ἐστίν, ὃ παῖ Διονυσίου καὶ Δωρίδος, τὸ ἐρώτημα, ὃ πάντων αἰτιὸν
 « ἐστὶ κακῶν· μᾶλλον δὲ ἢ περὶ τούτου φροντὶς ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγιγνο-
 « μένη, ἣν εἰ μὴ τις ἐξαιρεθῆ, τῆς ἀληθείας ὄντως οὐ μὴ ποτε τύχη.
 « Ὅ δὲ Θυμασίδον αὐτοῦ γέγονεν, [ἄκουσον]. Εἰσὶ γὰρ ἄνδρες ταῦτα 10
 « ἀκηκότες, μαθεῖν [μὲν δυνατοί], δυνατοὶ δὲ μνημονεῦσαι καὶ βασα-
 « νίσαντες πάντη πάντως κρῖναι γέροντες ἤδη· οἱ φασὶ τὰ μὲν τότε
 « πιστὰ εἶναι δόξαντα, νῦν ἄπιστα, τὰ δὲ τότε ἄπιστα, νῦν τούναν-
 « τίον. Πρὸς ταῦτα οὖν σκοπῶν εὐλαβοῦ μή ποτε σοὶ μεταμελήσῃ

« vel terra contingat, qui eam legerit intelligere non valeat. Est autem ita :
 « circa omnium regem cuncta sunt et ipsius gratia omnia; ipse pulchrorum
 « omnium causa. Circa secundum secunda : tertia circa tertium. Sed in rege
 « ipso eorum quæ dixi nihil est tale. Postea autem animus affectat intelligere
 « qualia illa sint, aspiciens in ea quæ sibi cognata sunt quorum nihil suffi-
 « cienter se habet. Hæc tua interrogatio est, Dionysii et Doridis filii, quæ
 « malorum omnium causa est. Immo vero magis hujus stimulus quidam
 « animo nostro ingenitus; quem nisi quis eruat veritatem certe non asseque-
 « tur. Quod autem in hac re est mirabile id audi : sunt complures homines
 « qui ista jam audiverant, pollentes acumine, pollentes memoria, in exami-
 « nando et judicando sollertes, propecti jam ætate : hi affirmant quæ tunc cre-
 « dibilia videbantur, nunc incredibilia; quæ tunc incredibilia, ea nunc sibi
 « contra videri. Hæc igitur intuens cave ne quando te pœniteat eorum quæ

1. [ἢ γῆς] add. Millerus ex Plat. — 2. πάντ' ἐστί, καὶ ἐκείνου Plat. — 3. καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων Plat. — Δεύτερον δὲ περὶ Plat. — 4. περὶ ὧν cod.; περὶ καὶ ὧν Plat. — 5. φροντὶς cod.; ὠδὶς Plat. — 6-7. ἐγγιγνομένη cod.; ἐγγιγνομένη Plat. — 8. εἰ μὴ τις ἐξαιρεθήσεται Plat. — 9. τύχοι Plat.; τύχη cod. Hic triginta et octo lineas prætermisit vel noster, vel librarius. — 10. [ἄκουσον] ex Plat. restit. Mill. — 11. ἀκηκότες καὶ πλείους Plat. — [μὲν δυνατοί] restit. Millerus ex Plat. — 11-12. βασανίσαι cod. — 12. κρίνει γέροντος cod. Hic rursus plura prætermissa in cod. quæ sunt in Plat.

« τῶνδε ἀναξίως ἐκπεσόντων. Διὰ τοῦτο ἐγὼ περὶ τούτων γέ[γραφα
 « οὐ]δέν, οὐδὲ ἔστι Πλάτωνος σύγγραμμα οὐδέν, οὐδὲ ἔσται πώποτε.
 « Τὰ δὲ νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἔστι καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. »
 Τούτοις περιτυχῶν Οὐαλεντίνος ὑπεσήσατο τὸν πάντων βασιλέα,
 5 ὃν ἔφη Πλάτων οὗτος, Πατέρα καὶ Βυθὸν καὶ προαρχὴν τῶν ὅλων
 Αἰώνων. Δεύτερον ⁽¹⁹⁸⁾ περὶ τὰ δεύτερα τοῦ Πλάτωνος εἰρηκότος,
 τὰ δεύτερα Οὐαλεντίνος τὸ ἐντὸς ὄρου Πλήρωμα ὑπέθετο πάντας
 Αἰῶνας, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα τὴν ἔξω τοῦ ὄρου καὶ τοῦ Πλη-
 10 ρώματος διαταγὴν συνέθηκε πᾶσαν· καὶ δεδήλωκεν αὐτὴν δι' ἐλαχί-
 στων Οὐαλεντίνος ἐν ψαλμῷ κάτωθεν ἀρξάμενος, οὐχ ὡς περὶ ὁ Πλά-
 των ἀνωθεν, λέγων οὕτως·

Ἄερος πάντα βλέπω κρεμάμενα,

« tibi indigne exciderunt. Quapropter nihil ego de istis scripsi unquam :
 « neque est Platonis perscriptum opus ulum neque erit. Quæ autem modo
 « dicuntur Socratis sunt dum juvenis esset et virtute clarus. » Hæc igitur
 reperiens Valentinus excogitavit omnium regem de quo Plato disseruit Pa-
 trem esse et Abyssum (Bython), et principium cunctorum Æonum. Quum
 autem dixisset Plato circa secundum secunda esse, supposuit Valentinus
 hæc secunda esse omnes Æones qui partem interiorem finis occupant, et
 circa tertium tertia esse partem exteriorem termini et totum Pleromatis or-
 dinem. Hæc paucissimis quidem verbis exposuit Valentinus in Psalmo quo-
 dam, ab inferiori parte exorsus, non Platonis ad instar qui a superiori
 incipit. Dicit autem in hunc modum :

Ex aere omnia video pendere,

1. Post ἐκπεσόντων, apud Plat. legi-
 tur : μεγίστη δὲ φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν,
 ἀλλ' ἐκμανθάνειν· οὐ γὰρ ἔστι τὰ γρα-
 φέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. Ex hoc epistolæ
 exemplo liquidius apparet quantula fides
 nostro et auctoribus ab illo allatis adhi-
 benda sit. — 5. καὶ πᾶσι γῆν τῶν ὅλων
 cod. Ex B. Epiph. et ex Theodor. liquet
 προαρχὴν hic restituendum. Apud B. Epi-
 phan. legimus : Βυθὸν τοῦτον ἀρχὴν τῶν
 πάντων (t. II, lib. I), et infra : πατέρα
 καὶ ἀρχὴν τῶν πάντων, et apud Theod. :

ὃν καὶ προαρχὴν καὶ προπατέρα καὶ Βυ-
 θὸν καλεῖ. Bernays. proposuerat Σιγῆν et
 Scottus πλάσιν. Sed omnium rerum
 quæ sunt in terra πλάσιν dici potest
 (πλάσιν γίνεσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ
 τῆς γῆς); spiritualium autem entium, id
 est Αἰώνων, non dicitur πλάσιν. — 7. τοῦ
 ἐντὸς ὄρου τὸν ὄρον cod. Legendum est
 ut recte censet Buns. τὸ ἐντὸς ὄρου Πλή-
 ρωμα. — 12. Gnostici hymni fragmentum
 hic habemus, ut viderunt P. Bætticher et
 Bunsenius. Primus versus in cod. et apud

πάντα δ' ὀχούμενα πνεύματι νοῶ,
 σάρκα μὲν ἐκ ψυχῆς κρεμαμένην,
 ψυχὴν δ' ἀέρος ἐξεχομένην,
 ἀέρα δ' ἐξ αἰθρῆς κρεμάμενον,
 ἐκ δὲ βυθοῦ καρποὺς φερομένους,
 ἐκ μήτρας δὲ βρέφος φερόμενον.

5

Οὕτως ταῦτα νοῶν· σὰρξ ἐστὶν ἡ ὕλη κατ' αὐτούς, ἥτις κρέμαται ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ Δημιουργοῦ. Ψυχὴ δὲ ἀέρος ἐξέχεται, τουτέστιν ὁ Δημιουργὸς τοῦ πνεύματος ἔξω Πληρώματος. Ἄηρ δὲ αἰθρῆς ἐξέχεται, τουτέστιν ἡ ἔξω Σοφία τοῦ ἐντὸς ὅρου καὶ παντὸς Πληρώματος. 10 Ἐκ δὲ Βυθοῦ καρποὶ φέρονται, ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς πᾶσα προβολὴ τῶν Αἰώνων γενομένη. Τὰ μὲν οὖν τῷ Οὐαλεντίνῳ δοκοῦντα ἰκανῶς λελεχται· [λοῖπον δὲ] τὰ δόξαντα τοῖς [ἐκ τῆς αὐτοῦ] σχολῆς προκύψασιν ἐξειπεῖν, ἄλλου ἄλλως δογματίσαντος.

et spiritu omnia sustineri perspicio:
 carnem quidem ex anima pendere,
 animam vero ex aere emicare,
 aera autem ex æthere pendere,
 ex abyso fructus prolatos,
 et ex matrice infantem prolatum.

Hæc ita intelligit: caro est materia secundum eos, quæ ex anima Demiurgi pendet. Anima ex aere emicat, id est Demiurgus spiritu exoritur extra Pleroma. Aer ex æthra exoritur, id est externa Sapientia ex interno fine et toto Pleromate exoritur. Fructus ex abyso prolati sunt, id est tota emanatio Æonum ex Patre nata. Hæc sunt igitur Valentini dogmata. Reliquum est autem ut exponamus placita eorum qui ex ejus schola prodierunt, alio aliter docente.

Mill. sic legitur: *Θέρος πάντα κρεμάμενα πνεύματι βλέπω*; quæ sic correxit Buns.: *Αἰθρῆς πάντα βλέπω κρεμάμενα*. Jure censuit πνεύματι glossam esse, aut ex eis quæ sequuntur male huc translaturum. Pro *Θέρος* Scottus legit *ἀέρος*, Buns. *αἰθρῆς* et Dunck. *αἰθέρος*. — 3. *ψυχὴν δὲ ἀέρος ἐξεχομένην* cod.; *ἐξεχομένην* Miller.; *ἐξεχομένην* Bunsen. — 13-14. Hæc corrupta et turbata in cod. sic leguntur: *λέ-* *λεκται σχολῆς προκύψασιν ἐξειπεῖν ἄλλου ἄλλως δογματίσαντος τὰ δόξαντα αὐτοῖς*. Ultima verba e loco suo videntur commutata et supra reponenda. Post *λέλεκται* Bunsen. conjicit *μακρὸν δὲ τὰ δοκοῦντα τοῖς ἐκ τῆς κ. τ. λ.* Quæ parum apta videntur. Nam disserit noster de Valentini scholæ *successoribus*. Hoc enim nomine hæreticos vocat quos jam adducit. Vide ad finem hujusce libri: *Μάρκος τε καὶ Κο-*

γ'. Περὶ Σεκούνδου καὶ Ἐπιφάνους.

38. Σεκούνδος μὲν τις, κατὰ τὸ αὐτὸ ἄμα τῷ Πτολεμαίῳ γενόμενος οὗτος, λέγει τετράδα εἶναι δεξιὰν καὶ τετράδα ἀριστερὰν, καὶ φῶς, καὶ σκότος· καὶ τὴν ἀποσιᾶσαν δὲ καὶ ὑσπερήσασαν Δύναμιν οὐκ ἀπὸ τῶν τριάκοντα Αἰώνων λέγει γεγενῆσθαι, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν
 5 καρπῶν αὐτῶν. Ἄλλος δὲ τις Ἐπιφάνης διδάσκαλος αὐτῶν οὕτως λέγει· «Ἦν ἡ πρώτη ἀρχὴ ἀνευνόητος, ἄρρητός τε καὶ ἀνωνόμα-
 «σιος,» ἢν Μονότητα καλεῖ· ταύτη⁽¹⁹⁹⁾ [δὲ συνυπάρχ]ειν δύναμιν, ἢν
 ὀνομάζει Ἐνότη[τητα]. Αὕτη ἡ Ἐνότης ἢ τε Μονότης προήκοντο μὴ
 προέμεναι ἀρχὴν ἐπὶ πάντων νοητῶν ἀγέννητόν τε καὶ ἀόρατον,
 10 ἢν [ὁ λόγος] Μονάδα καλεῖ. «Ταύτη τῇ δυνάμει συνυπάρχει δύναμις
 «ὁμοούσιος αὐτῇ, ἢν καὶ αὐτὴν ὀνομάζω τὸ Ἐν. Αὗται αἱ τέσσαρες
 «Δυνάμεις προήκοντο τὰς λοιπὰς τῶν Αἰώνων προβολάς.» Ἄλλοι δὲ

III. DE SECUNDO ET EPIPHANE.

38. Secundus quidam eodem tempore Ptolemæo æqualis dicit esse quaternionem dextrum et quaternionem sinistrum, et lumen et tenebras; et Potestatem quæ deficit et destituta est dicit non a triginta Æonibus esse ortam sed a fructibus eorum. Alius autem, Epiphanes quidam, magister eorum, ita disserit, «Erat primum principium incomprehensibile, inenarrabile et innominabile,» quod Solitatem vocat; cum hac Solitate virtus est quædam quam ipsam vocat Unitatem. Solitas et Unitas protulerunt, non proferendo ex se, initium omnium rerum intellectualium ingenitum et invisibile, quod Monas vocatur. «Cum hac porro Monade simul existit potestas
 «ejusdem cum ea essentiæ, quam et ipsam Unum voco. Hæ quatuor Potestates reliquum Æonum gregem produxerunt.» Alii rursus ex ipsis primam

λάβρασος οἱ τῆς Οὐαλεντίνου Σχολῆς διδασκοί. Inde legendum esse censeo λοιπὸν δὲ τὰ δόξαντα κ. τ. λ. — CAP. III, tit. De Secundo et Epiphane lege: B. Iren. lib. I, § 11; Theodor. *Hær. fab.* lib. I, §§ 5-9; B. Epiphan. xxxii, §§ 1, 3, 4; B. August. *Hær.* xi; Præd. § 12. — 1. Hæc de Secundo et Epiphane noster e B. Irenæi mutuatus est. — 2. οὕτως cod.; οὗτος Mill. — 5. Ἐπιφάνης cod. Mill. —

7. ἢν Μονότητα καλεῖ cod. Uncis inclusa ex Iren. restit. Mill. — 8. ὀνομάζει cod. B. Iren. habet ὀνομάζω. — εἰ τε cod. pro ἢ τε. — 10. ἢν Μονάδα cod. B. Iren. habet: ἢν ὁ λόγος καλεῖ. Quod Tertullianus sic latine vertit: quod sermo vocat (cont. Val. 37). — 11. Hæc in codice turbata sunt. Mill. legit: ὁμοούσιος· αὕτη, ἢν καὶ αὐτὴν κ. τ. λ. quod non liquet. B. Iren. habet: ὁμοούσιος αὐτῇ, ἢν...

πάλιν αὐτῶν τὴν πρώτην καὶ ἀρχέγονον Ὀγδοάδα τούτοις τοῖς ὀνόμασιν ἐκάλεσαν· [πρῶτον Προαρχήν, ἔπειτα Ἀνευνόητον, τὴν δὲ τρίτην Ἀρρήτον καὶ τὴν] τετάρτην Ἀόρατον. Καὶ ἐκ μὲν τῆς πρώτης Προαρχῆς προβεβλήσθαι πρῶτω καὶ πέμπτῳ τόπῳ Ἀρχήν· ἐκ δὲ τῆς Ἀνευνοήτου, δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ [τόπῳ], Ἀκατάληπτον· ἐκ δὲ τῆς 5 Ἀρρήτου, τρίτῳ καὶ ἐβδόμῳ τόπῳ, Ἀωνόμαστον· ἐκ δὲ τῆς Ἀόρατου, Ἀγέννητον. Πλήρωμα τῆς πρώτης Ὀγδοάδος. Ταύτας βούλονται τὰς δυνάμεις προϋπάρχειν τοῦ Βυθοῦ καὶ τῆς Σιγῆς. Ἄλλοι δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ Βυθοῦ διαφόρως ἐννοούμενοι, οἱ μὲν αὐτὸν ἄζυγον λέγουσι, μῆτε ἄρρενα μῆτε θῆλυον, ἄλλοι δὲ τὴν Σιγὴν θῆλειαν αὐτῷ 10 συμπαρεῖναι καὶ εἶναι ταύτην πρώτην συζυγίαν.

δ'. Περὶ τοῦ Πτολεμαίου.

39. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον δύο συζύγους αὐτὸν ἔχειν λέ-

ae primigeniam Ogdoadem his nominibus appellandam dixerunt : Primum Principium (Proarchen), deinde Incomprehensibile; tertio Inenarrabile; quarto Invisibile : ex primo Primordio ortum esse primo et quinto loco Initium; ex Incomprehensibili secundo et sexto loco Indeprehensibile; ex Inenarrabili, tertio et septimo loco Innominabile; ex Invisibili denique Ingenitum. Pleroma primæ Ogdoadis. Atque has virtutes Bytho etiam et Sige (Abyssos et Silentio) antiquiores esse volunt. Alii rursus de Bytho in diversas sententias eunt. Quos inter alii conjugis expertem esse dicunt, nec marem nec feminam; alii Sigen (Silentium) ei conjugem adjungunt, et hanc esse primam conjugationem.

IV. DE PTOLEMÆO.

39. Ptolemæus vero duas conjuges (Bython) habere dicit, quas et dis-

1. ἀρχαιόγονον cod.; B. Iren. ἀρχέγονον. — 1-3. τοῖς ὀνόμασιν ἐκάλεσαν τετάρτην ἀόρατον cod. Mill. Bunsenius recte conjecit hic plura deesse; quæ ex B. Irenæo restitui. — 8. τῆς γῆς cod. Mill. pro τῆς Σιγῆς. — 9. ἀδιαφόρως κινούμενοι cod. Miller. qui conj. διαφόρως μινού-

μενοι. Legendum suspicor ἐννοούμενοι. B. Iren. habet : πολλὰ καὶ διάφοροι γινώμαι. — CAP. IV, tit. De Ptolemæo conf. B. Iren. lib. I, c. XII; Tertull. *De Præs.* c. XLIX; Advers. Valent. c. VIII; B. Epiph. *Hæret.* c. XXXIII, §§ 3-7; Theod. *Hæret. fab.* lib. I, c. VIII; Præd. c. II.

γουςιν, ὡς καὶ διαθέσεις καλοῦσιν, Ἐννοίαν καὶ Θέλησιν. Πρῶτον γὰρ ἐνενοήθη τι προβαλεῖν, ὡς Φασιν, ἔπειτα ἠθέλησε. Διὸ καὶ τῶν δύο τούτων διαθέσεων καὶ δυνάμεων, τῆς τε Ἐννοίας καὶ τῆς Θελήσεως, ὡσπερ κραθειςῶν εἰς ἀλλήλας, ἢ προβολῆ τοῦ τε Μονογενοῦς
 5 καὶ τῆς Ἀληθείας κατὰ συζυγίαν ἐγένετο, οὐσίνας τύπους καὶ εἰκόνας τῶν δύο διαθέσεων τοῦ Πατρὸς διελθεῖν ἐκ τῶν ἀοράτων ὁρατᾶς, τοῦ μὲν Θελήματος, τὸν Νοῦν, τῆς δὲ Ἐννοίας, τὴν Ἀλήθειαν· καὶ
 (200) διὰ τοῦτο τοῦ ἐπιγεννητοῦ Θελήματος ὁ ἄρρην εἰκῶν, τῆς δὲ ἀγεννήτου Ἐννοίας ὁ Φῆλυς, ἐπεὶ τὸ Θελημα ὡσπερ δύναμις ἐγένετο
 10 τῆς Ἐννοίας. Ἐννοεῖν μὲν γὰρ αἰεὶ ἡ Ἐννοια τὴν προβολήν, οὐ μέντοι γε προβάλλειν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἠδύνατο ὃ ἐνενοεῖτο. Ὅτε δὲ ἡ τοῦ Θελήματος δύναμις [ἐπεγένετο], τότε [δ] ἐνενοεῖτο προβάλλει.

ε'. Περὶ Μάρκου.

40. Ἄλλος δέ τις διδάσκαλος αὐτῶν Μάρκος, μαγικῆς ἔμπειρος,

positiones vocat, Cogitationem et Voluntatem. Primum enim in animum induxit aliquid proferre, ut aiunt, deinde voluntas secuta est. Quare duabus hisce affectibus, vel virtutibus hoc est Cogitatione et Voluntate, velut inter se copulatis, Monogenis et Veritatis emissio per conjugationem facta est. Quos quidem visibiles duorum invisibilium Patris affectionum typos et imagines prodiisse, Voluntatis quidem Intelligentiam, Cogitationis autem Veritatem. Ac propterea adventitiæ Voluntatis masculus imago existit; increatæ autem Cogitationis, feminea. Voluntas quasi Cogitationis virtus effecta est. Cogitatio etenim productionem sibi semper proponere quidem, sed per semetipsam producere non poterat quæcumque sibi proponebat. Quum autem voluntatis facultas accessit, quod cogitabat in ortum producit.

V. DE MARCO.

40. Alius quidam magister eorum Marcus, magicæ artis peritus, tum ma-

3. διαθέσεως καὶ δυνάμεως cod. — 4. ὡς περιγραφείς cod. — 5. ὡς τινες cod. Mill.; οὗς τινες B. Iren. — 6. ἀρρηνικός cod. Miller.; ἀρρην εἰκῶν B. Iren. — 7. ἐπὶ cod. Mill. — 8. Ἐννοεῖν cod. Mill.; Ἐνενοεῖ B. Iren. — 9. αὐτὴν καθ' αὐτὴν cod. Miller.; αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν B. Iren. — 10. ἠδύνατο, ἀλλὰ ἐνενοεῖτο cod. Miller.; ἢ ἐνενοεῖτο B. Iren. — 11. [ἐπεγένετο] et [δ] restituta ex B. Iren. — CAP. V, tit. De Marco lege B. Iren. lib. I, c. XII-XVIII; Tertullianum, *De Præscript.* c. L; B. Epiph.

ἃ μὲν διὰ κυβείας αἰωρῶν, ἃ δὲ καὶ διὰ δαιμόνων, ἡπάτα πολλούς. Οὗτος ἔλεγεν ἐν αὐτῷ τὴν μεγίστην ἀπὸ τῶν ἀοράτων καὶ ἀκατονομάσιων τόπων εἶναι δύναμιν. Καὶ δὴ πολλάκις λαμβάνων ποτήριον ὡς εὐχαριστιῶν, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκτείνων τὸν λόγον τῆς ἐπικλήσεως, πορφύρεον τὸ κέρασμα ἐποίει φαίνεσθαι, καὶ ποτε ἐρυθρόν, 5 ὡς δοκεῖν τοὺς ἀπατωμένους χάριν τινὰ κατιέναι καὶ αἱματώδη δύναμιν παρέχειν τῷ πόματι. Ὁ δὲ πανοῦργος τότε μὲν πολλοὺς ἔλαθε, νυνὶ δὲ ἐλεγχόμενος παύσεται· φάρμακον γάρ τι τοιαύτην δυνάμενον χροὰν παρασχεῖν λαθραίως ἐνιῶν τῷ κεράσματι, ἐπιπολὺ φλυαρῶν ἀνέμενεν, ὅπως τῆς ὑγρότητος μεταλαβὼν λυθῆ καὶ 10 ἀναμιγρὸν ἐπιχρωτίσῃ τὸ πόμα. Τὰ δὲ δυνάμενα τοῦτο παρασχεῖν φάρμακα ἐν τῇ κατὰ μάγῶν βίβλῳ προείπομεν, ἐκθέμενοι ὡς πολλοὺς πλανῶντες ἀφανίζουσιν, οἷς εἰ φίλον περιεργότερον τῷ εἰρημένῳ προσεπισχεῖν, εἴσονται τὴν Μάρκου πλάνην.

gicis præstigiis, tum dæmonum auxilio, multos seduxit. Is dicebat sese vim maximam ab iis locis qui nec oculis cerni nec ullo nomine exprimi possunt consecutum. Sæpius poculum assumens et quasi vellet consecrare, invocationis verba in longius protendens, efficiebat ut mixtura purpurea appareret et aliquando rubicunda, quibus artificiis delusi crederent spectatores gratiam quamdam descendere et vim sanguineam communicare potioni. Tunc sceleratus ille multos fallebat, sed jam non amplius poterit utpote convictus. Pigmentum quoddam enim, quo posset color talis præberi, secreto injiciens in mixturam et plura garriens, exspectabat donec pigmentum istud humorem accipiens solveretur et diffusum coloraret potionem. De his autem pigmentis quibus color infundi potest in superiori libro contra magos diximus, et monstravimus quomodo permulti in errorem inducantur; et isti, si quidem volent attentius iis quæ dicta sunt a nobis animum attendere, cognoscent Marci fraudes.

Hæc. xxxiv; *Theod. Hæret. fabul.* lib. I, c. ix. Cf. etiam *B. Aug. Hæc.* c. xiv; *Prædest.* c. xiv; *B. Hieron. epist.* xxix. — 1. δῶρων cod. Mill. Legendum suspicor αἰωρῶν, quod uncialibus litteris scriptum facillime confunditur cum δῶρων. Sed forsitan δόλων, quo noster alluderet Marci artibus vertentis vinum in sanguinem.

Lucas scripsit δολώσαντες τὸν οἶνον. Bunsenius legit δρῶν; Dunckerus ἐνεργῶν, quod noster infra usurpat, eadem repetens: ὅτε μὲν καὶ διὰ δαιμόνων ταῦτα ἐνεργῶν, ὅτε δὲ καὶ κυβεύων... p. 307, l. 10. — g. λαθρέως cod. — 10. μεταβαλῶν cod. Mill. corr. — 11. ἐπιχωρίση cod. Milleus corr.

41. Ὡς καὶ ποτήριον παρ' ἑτέρου κινῶν, ἐδίδου γυναικὶ εὐχα-
 ριστεῖν αὐτὸς παρ' ἐσέως, καὶ ἕτερον κρατῶν ἐκείνου μείζον κενὸν καὶ
 εὐχαριστήσασθαι τῆς ἀπατωμένης δεξάμενος⁽²⁰¹⁾ ἐπέχει εἰς τὸν μείζω,
 καὶ πολλακίς ἀντεπιχέων ἕτερον εἰς ἕτερον, ἐπέλεγεν οὕτως· « Ἡ
 5 « πρὸ τῶν ὄλων, [ἡ] ἀνευνόητος καὶ ἀβήρητος χάρις πληρῶσαι σου
 « τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ πληθύναι ἐν σοὶ τὴν γνῶσιν αὐτῆς, ἐγκα-
 « τασπεύρουσα τὸν κόκκον τοῦ σινάπεως εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν. » Καὶ
 τοιαῦτά τινα ἐπειπὼν καὶ ἐκσίησας τὴν τε ἀπατωμένην καὶ τοὺς
 παρίντας, ὡς θαυματοποιὸς ἐνομίζετο, τοῦ μείζονος ποτηρίου πλη-
 10 ρουμένου ἐκ τοῦ μικροτέρου, ὡς καὶ ὑπερχειῖσθαι πλεονάζον. Καὶ
 τούτου δὲ τὴν τέχνην ὁμοίως ἐν τῇ προειρημένῃ βίβλῳ ἐξεθέμεθα,
 δείξαντες πλεῖστα φάρμακα δυνάμενα αὐξῆσιν παρασχεῖν ἐπιμι-
 γέντα οὕτως ὑγραῖς οὐσίαις, μάλιστα οἴνω κεκερασμένῳ, ὃν ἐν τι
 φάρμακον ἐν τῷ κενῷ ποτηρίῳ κρύβδην [ἐμπροσθεν ἐπιχρίσας], ὡς
 15 μηδὲν ἔχον δείξας, ἐπιχέων ἐκ [τοῦ ἑτέρου] καὶ ἐπαναχέων ἀνα-
 λυομένου τοῦ φαρμάκου ὑπὸ τῆς τοῦ ὑγροῦ μίξεως, ὅντος φυσώδους,

41. Ille autem, quum in unum poculum miscuisset, ex altero porri-
 gebat mulieri ut consecraret; ipse astans et altero poculo assumpto priori
 majore sed vacuo, et ab illusa muliere consecratione patrata, minorem ca-
 licem accipiebat et in majorem infundebat et sæpius transfundens ex alio in
 alium, addebat hæc verba: Gratia ea, quæ supra omnia est cogitationemque
 omnem et sermonem excedit, interiorem hominem tuum impleat atque in-
 sperso in terram bonam sinapis grano cognitionem suam in te amplificet.
 Et alia hujus modi pronuntians stupefaciensque mulierem quam delude-
 bat omnesque adstantes, miraculorum auctor æstimabatur, magno videli-
 cet poculo ex minori usque adeo impleto ut redundaret. Artem autem ejus
 in supradicto libro exposuimus ubi ostendimus in pluribus pigmentis inesse
 vim augendi quum liquidis elementis et præsertim vino immiscentur. Pig-
 mentum igitur quoddam vacuo clam (illinit) calici, et in eundem quem
 prius veluti nihil continentem monstraverat, infundit ex altero calice trans-
 funditque ita ut immergatur pigmentum; quod quum solutum est, mixtura

4-7. Eadem leguntur apud B. Iren. os..... χρισ..... ὡς cod.; ἐμπροσθεν
 lib. I, c. viii. — 5. Add. [ἡ] ex B. Iren. — ἐπιχρίσας conj. Mill. — 15. τοῦ ἑτέρου
 11. ὁμοίωσε τῇ cod. corr. Mill. — 11 sqq. ὀλίγον conj. Mill. — 15-16. ἀναδυομένου
 Hæc desiderantur. — 14. κρύβδην ε... cod.; ἀναλυομένου Ræperus.

πλεονασμὸς τοῦ κεράσματος ἐγένετο καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἠΰξανεν, ἐς ὅσον ἐπαναχυνόμενον ἐκινεῖτο, τοιαύτης οὔσης τῆς τοῦ φαρμάκου φύσεως· ὃ εἰ ἀπόθοιτό τις πληρωθέν, μετ' οὐ πολὺ εἰς τὸ κατὰ φύσιν μέτρον πάλιν τραπήσεται, τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως σθεσθείσης τῇ τοῦ ὑγροῦ παραμονῇ. Διὸ μετὰ σπουδῆς τοῖς παροῦσι 5 προσεδίδου πίνειν· οἱ δὲ ὡς θεῖόν τι καὶ θεῶ μεμελημένον φρίσσοντες ἅμα καὶ σπεύδοντες ἔπινον.

42. Τοιαῦτα δὲ καὶ ἕτερα ἐπεχειρεῖ ὁ πλάνος ποιεῖν· διὸ ὑπὸ τῶν ἀπατωμένων ἐδοξάζετο, καὶ ποτὲ [μέν] αὐτὸς ἐνομιζέτο προφητεύειν, ποτὲ δὲ καὶ ἑτέρους ἐποίει, ὅτε μὲν καὶ διὰ δαιμόνων ταῦτα 10 ἐνεργῶν, ὅτε δὲ καὶ κυβεύων⁽²⁰²⁾ ὡς προείπομεν. Πολλοὺς τοίνυν ἐξαφανίσας, καὶ πολλοὺς τοιούτους μαθητὰς αὐτοῦ γενέσθαι προεβίβασεν, εὐκόλους μὲν εἶναι διδάξας πρὸς τὸ ἀμαρτάνειν, ἀκινδύνους δὲ διὰ τὸ εἶναι τῆς τελείας δυνάμεως καὶ μετέχειν τῆς ἀνευνοήτου ἐξουσίας· οἷς καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἕτερον ἐπαγγέλλονται, ὃ κα- 15 λοῦσιν ἀπολύτρωσιν, καὶ ἐν τούτῳ ἀναστρέφοντες κακῶς τοὺς αὐτοῖς παραμένοντας ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἀπολυτρώσεως, [ὡς] δυναμένους

subito calicem implet et ita tumefactum augetur ut superfluat; ea enim pigmento vis inest. Si quis deponat poculum, dum plenum est, brevi suam propriam mensuram resumet, vis enim pigmenti permanente humore evanescit. Idcirco protinus adstantibus porrigit ut bibant. Qui quidem trementes et festinantes liquorem bibunt quasi divinum et Deo gratum.

42. Hæc igitur et alia præstigiator ille enixus est patrare. Quapropter ab illis quos illuserat pluris æstimabatur, et tum vaticinari credebatur, tum cæteris eandem divinandi vim impertire, quod vel dæmonum opera efficiebat vel præstigiis ut supra diximus. Permultos seduxit et hos quidem discipulos ejus factos longius induxit docens eos pronos quidem esse ad peccandum, sed sine periculo, quod essent supernæ potestatis et participes substantiæ istius quæ mente percipi non potest. Quibus etiam post baptismum promittunt secundum baptismum quod redemptionem vocant et in illo prave versantes eos qui sibi adherent, spe redemptionis illius, quasi possint post baptismum

6. μεμελημένον conj., μεμελετημένον vous cod. Miller. Lege γενέσθαι. — 17. cod. Mill. Duncker. — 9. [μέν] addidit ἀπολυτρώσεως δυναμένους cod. Mill. Le- gendum ὡς δυναμένους. ὡς excidit ob ut-

μετὰ τὸ ἀπαξ βαπτισθέντας πάλιν τυχεῖν ἀφέσεως, διὰ τοῦ τοιού-
του πανουργήματος συνέχειν δοκοῦσι τοὺς ἀκροατάς, οὓς ἐπὶ
νομίσωσι δεδοκιμάσθαι καὶ δύνασθαι φυλάσσειν αὐτοῖς τὰ πιστά,
τότε ἐπὶ τοῦτο ἄγουσι, μηδὲ τούτῳ μόνῳ ἀρκούμενοι, ἀλλὰ καὶ
5 ἕτερόν τι ἐπαγγελόμενοι, πρὸς τὸ συγκρατεῖν αὐτοὺς τῇ ἐλπίδι,
ὅπως ἀχώριστοι ᾧσι· λέγουσι γὰρ τι φωνῇ ἀρρήτῳ, ἐπιτιθέντες
χεῖρα τῷ τὴν ἀπολύτρωσιν λαβόντι, ὃ φάσκουσιν ἐξεπιεῖν εὐκόλως
μὴ δύνασθαι, εἰ μὴ τις εἴη ὑπερδόκιμος, ἢ ὅτε τελευτᾷ πρὸς τὸ οὓς
ἐλθὼν λέγει ὁ ἐπίσκοπος. Καὶ τοῦτο δ' ἐ[σ]ί] πανούργημα πρὸς τὸ
10 αἰεὶ παραμένειν τοὺς μαθητὰς τῷ ἐπισκόπῳ, γλιχομένους μαθεῖν τὸ
τί ποτε εἴη τοῦτο ἐπ' ἐσχάτων λεγόμενον, δι' οὗ [τῶν] τελείων ἔσθαι
ὁ μανθάνων· ἃ τούτου χάριν ἐσιώπησα, μὴ ποτέ τις κακοηθίζε-
σθαί με αὐτοὺς νομίση. Καὶ γὰρ οὐ τοῦτο ἡμῖν πρόκειται, ἀλλ' ἢ
τὸ δεῖξαι ὅθεν τὰς ἀφορμὰς λαβόντες αὐτοῖς τὰ δόξαντα ἐνεσίη-
15 σαντο.

43. Καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος πρεσβύτερος Εἰρηναῖος, παρρησιαί-

denuo peccatorum remissionem assequi, et hujusce fraudis artificio arbi-
trantur auditores retinere. Quos quum existimant esse bene probatos et
custodire posse quaecumque illis credita sunt, tunc ne hoc quidem solo
contenti eo veniunt ut novum aliquid promittant, sic eos spe retenturi et
impedituri ne discedant. Dicunt enim aliquid voce obscura simul impo-
nentes manum super eum qui redemptionem assequitur, quod quidem re-
petere difficile esse prædicant, nisi quis maxime probatus sit vel morituro
episcopus adveniens novissime in aures pronuntiet. Hanc fraudem machi-
nantur ut discipuli episcopo semper adhæreant utpote gliscentes ediscere
quid illud sit quod dicitur novissimum et quo tandem discipulus perfectis
annumerabitur. Ob hanc causam ea prætermisi silentio ne quis forte credat
eos a me derideri. Non hoc enim propositum nobis est, sed tantum ut osten-
deremus unde isti principia hauserint et inde sua dogmata constituerint.

43. Beatus ille presbyter Irenæus, quum magna libertate loquendi eos

timas ἀπολυτρώσεως litteras; quæ menda
frequens est in cod. — 1. βαπτισθέντας
[πεσεῖν] male conj. Mill. — καὶ διὰ τοῦ cod.

Mill.; διὰ τοῦ Ræper. — 9. ἐ[σ]ί] addidi,
quod prorsus exciderat. — 11. [τῶν] ad-
didit Mill. — 12-13. κακοηθίζεσθαι cod.

τερον τῷ ἐλέγχῳ προσενεχθεῖς, τὰ τοιαῦτα λούσματα καὶ ἀπολυτρώ-
 σεις ἐξέθετο, ἀδρομερέστερον εἰπὼν ἃ πράσσουσιν οἱ ἐντυχόντες,
 [εἰ καὶ] τινὲς αὐτῶν ἠρνηνται ⁽²⁰³⁾ οὕτως παρειληφέναι, ἀεὶ ἀρνεῖσθαι
 μαυθάνοντες· διὸ φροντὶς ἡμῖν γεγένηται ἀκριβέστερον ἐπιζητῆσαι
 καὶ ἐνευρεῖν λεπτομερῶς, ἃ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ λουτρῷ παραδιδάσκει, 5
 τὸ τοιοῦτο καλοῦντες, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ, ὃ ἀπολύτρωσιν καλοῦσιν.
 Ἄλλ' οὐδὲ τὸ ἄρρητον αὐτῶν ἔλαθεν ἡμᾶς. Ταῦτα δὲ συγκεχωρήσθω
 Οὐαλεντίνῳ καὶ τῇ αὐτοῦ σχολῇ. Ὁ δὲ Μάρκος μιμούμενος τὸν δι-
 δάσκαλον, καὶ αὐτὸς ἀναπλάσσει δράμα, νομίζων οὕτως δοξασθῆσε-
 σθαι. Καὶ γὰρ Οὐαλεντίνος φάσκει ἑαυτὸν ἑωρακέναι παῖδα νήπιον 10
 ἀρτιγέννητον, οὗ πυθόμενος ἐπιζητεῖ τίς ἂν εἴη. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο
 λέγων ἑαυτὸν εἶναι τὸν Λόγον· ἔπειτα προσθεὶς τραγικόν τινα
 μῦθον, ἐκ τούτου συνιστᾶν βούλεται τὴν ἐπικεχειρημένην αὐτῷ αἰ-
 ρεσιν. Τούτῳ τὰ ὅμοια τολμῶν ὁ Μάρκος λέγει ἐληλυθέναι πρὸς
 αὐτὸν σχήματι γυναικείῳ τὴν Τετράδα. Ἐπειδὴ, Φησί, τὸ ἄρρην 15
 αὐτῆς ὁ κόσμος φέρειν οὐκ ἠδύνατο, καὶ μνηῦσαι αὐτὴν ἥτις ἦν,

confutaret, hæc baptismata et redemptiones exposuit copiosius dicens ea quæ
 faciunt qui conversantur cum eis, etsi quidam eorum ea negant sic acce-
 pisse, qui quidem semper negare sunt edocti. Consilium igitur inivi dili-
 genter requirendi et minuta quæque scrutando inveniendi quæ tradant in
 primo baptisate, ut illud quidem vocant, et in secundo quod appellant
 redemptionem. Sed ne illud quidem nos fugit quod inenarrabile habent.
 Hæc igitur Valentino et discipulis ejus condonemus. Marcus autem, magis-
 trum suum æmulatus, finxit sibi visionem quamdam apparuisse, inde ratus
 famam sese consecuturum. Valentinus enim dixit sibi visum esse infantem
 recens natum, qui quidem interrogatus quis esset respondit et dixit se esse
 Verbum. Deinde affingens fabulam quamdam tragicam ex illa vult consti-
 tuere quam molitus est hæresim. Huic similia ausus iste Marcus dicit ad sese
 muliebri specie Tetrada descendisse : quoniam, inquit, ejus masculinum
 mundus ferre non poterat, deinde se quænam esset aperuisse, universo-

3. [εἰ καὶ] add. Mill. — 11. ἀρτι γέ- leguntur apud B. Iren. lib. I, c. xiv-xvii.
 νητον cod. — ἂν εἶναι cod. pro ἂν εἴη. Corr. Versionem Billii, nonnullis mutatis, ex-
 Mill. — 14. Hæc et sqq. usque ad § 55, scripsi. — 16. αὐτὴ τί ἦν B. Iren.

καὶ τὴν τῶν πάντων γένεσιν, ἣν οὐδενὶ πώποτε οὔτε Θεῶν οὔτε ἀνθρώπων ἀπεκάλυψε, τούτῳ μόνῳ διηγήσασθαι, οὕτως εἰποῦσαν· ὅτε τὸ πρῶτον, οὗ πατήρ οὐδεὶς ἦν ὁ ἀνευνόητος καὶ ἀνούσιος, ὁ μῆτε ἄρρεν, μῆτε Θεῆλυ, ἠθέλησεν αὐτοῦ τὸ ἄρρητον ῥητὸν γενέσθαι
 5 καὶ τὸ ἀόρατον μορφωθῆναι, ἠνοιξε τὸ στόμα καὶ προήκατο Λόγον ὅμοιον αὐτῷ· ὃς παρασίλας ἐπέδειξεν αὐτῷ ὃ ἦν, αὐτὸς τοῦ ἀοράτου
 (204) μορφῆ φανείς. Ἡ δὲ ἐκφώνησις τοῦ ὀνόματος ἐγένετο τοιαύτη· ἐλάλησε λόγον τὸν πρῶτον τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἥτις ἦν ἀρχή, καὶ ἦν ἡ συλλαβὴ αὐτοῦ στοιχείων τεσσάρων· ἔπειτα συνῆψε τὴν δευ-
 10 τέραν, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων τεσσάρων. Ἐξῆς ἐλάλησε τὴν τρίτην, ἥτις ἦν στοιχείων δέκα, καὶ τὴν τετάρτην ἐλάλησε, καὶ ἦν καὶ αὐτὴ στοιχείων δώδεκα. Ἐγένετο οὖν τοῦ ὀνόματος ὅλου ἡ ἐκφώνησις στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων· ἕκαστον δὲ τῶν στοιχείων ἴδια γράμματα καὶ ἴδιον χαρακτῆρα καὶ ἴδιαν
 15 ἐκφώνησιν καὶ σχήματα καὶ εἰκόνας ἔχειν, καὶ μηθὲν αὐτῶν εἶναι,

rumque generationem quam nemini unquam neque deorum neque hominum patefecerat soli ipsi hisce verbis exposuisse. Quum primum ille cujus pater nemo est, qui neque cogitatione capi potest et naturæ omnis est expers, neque porro mas est aut femina, parturire cœpit, et voluit quod in se erat inexplicabile explicari, quod invisibile formari, os aperuit similemque sui Sermonem edidit. Qui quidem adstans ei quidnam esset ostendit, quum invisibilis illius velut effigies apparuisset. Enuntiatio autem nominis facta est talis : locutus est verbum primum nominis ejus : fuit id initium ; et erat syllaba ejus litterarum quatuor ; inde adjunxit secundam et fuit hæc quoque litterarum quatuor. Post locutus est et tertiam quæ fuit litterarum decem. Et eam quæ est quarta locutus est, quæ fuit et ipsa litterarum duodecim. Itaque totius nominis enuntiatio triginta litterarum exstitit ac quatuor syllabarum. Singula autem elementa peculiare litteras ac notas, peculiaremque pronuntiationem et figuras atque imagines habent, nec eorum quidquam est

2. εἰποῦσα cod. ex B. Iren. corr. — 3. ὁ πατήρ αὐτοῦ ὁ cod. B. Iren. habet : ὠδινεν et velus latina versio : *cujus pater nemo est*, id est, οὗ πατήρ οὐδεὶς ἦν, quæ vera lectio videtur esse, οὐδεὶς ἦν et ὠδινεν confusis a librario. — 4. ἀνευνόητος cod. — 5. ἐπέδειξεν B. Iren. — 6. ἐπισυνῆψε cod. — 7. μορφῆ cod. — 8. ἐξελάλησε B. Iren. ; ἐξελάλησε cod. — 9. ἐξῆς cod. — 10. ἐξῆς cod. — 11. στοιχείω cod. — 12. τὴν μετὰ ταῦτα ἐλάλησε B. Iren. — 13. μὲν restitutum ex B. Iren.

ὃ τὴν ἐκείνου καθορᾶ μορφήν, οὐπερ αὐτὸ στοιχειῖόν ἐστίν, οὐδὲ μὴν τὴν τοῦ πλῆσιον αὐτοῦ ἕκαστον ἐκφώνησιν γινώσκειν, ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκφωνεῖ ὡς τὸ πᾶν ἐκφωνοῦντα, τὸ [ὄλον] ἠγεῖσθαι ὀνομάζειν αὐτόν· ἕκαστον γὰρ αὐτῶν μέρος ἐν τοῦ ὄλου, τὸν ἴδιον ἦχον ὡς τὸ πᾶν ὀνομάζειν καὶ μὴ παύσασθαι ἠχοῦντα, μέχρις ὅτου ἐπὶ τὸ 5 ἔσχατον γράμμα τοῦ ἐσχάτου στοιχείου μονογλωττήσαντα κατανησῆσαι. Τότε δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὄλων ἔφη γενέσθαι, ὅταν τὰ πάντα κατελθόντα εἰς τὸ ἐν γράμμα, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐκφώνησιν ἠχίση, ⁽²⁰⁵⁾ τῆς τε ἐκφωνήσεως εἰκόνα τὸ «ἀμήν,» ὁμοῦ λεγόντων ἡμῶν, ὑπέθετο εἶναι. Τοὺς δὲ [φθόγγους] ὑπάρχειν τοὺς 10 μορφοῦντας τὸν ἀνούσιον καὶ ἀγέννητον Αἰῶνα, καὶ εἶναι τούτους μορφάς, ἃς ὁ Κύριος ἀγγέλους εἶρηκε, τὰς διηνεκῶς βλεπούσας τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς.

44. Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν στοιχείων τὰ κοινὰ καὶ ῥητὰ Αἰῶνας καὶ Λόγους, καὶ Ῥίζας, καὶ Σπέρματα, καὶ Πληρώματα, καὶ Καρ- 15

quod illius cuius elementum est formam perspiciat. Jam neque ex iis elementi vicini enuntiationem novit; verum id quod enuntiat perinde esse arbitratur ac si totum enuntiaret. Nam quum quodlibet universi pars sit, sonum suum integrum sonum esse censet, nec sonare desinit, quousque ad extremam extremi elementi litteram singulariter sonans perveniat. Tunc autem omnium redintegrationem futuram dicebat quando omnia in unam litteram delabentia unam et eandem consonationem sonuerint, cuius quidem enuntiationis imaginem esse *amen* illud quod nos una dicimus fingebat. Sonos autem eos esse qui Æonem substantiæ expertem atque ingenitum informant. Atque hos esse formas quas Dominus angelos appellavit, quæ Patris faciem perpetuo vident.

44. Communia porro et enarrabilia elementorum nomina Æonas et Sermones et Radices et Semina et Pleromata et Fructus nuncupavit. Singularia

1. ἐστίν, τόνου δὲ μὴν cod.; ἐστίν, οὐδὲ μὴν B. Iren. — 2-3. ἄλλο μὴδὲ ἐκφωνεῖν cod.; ἀλλὰ μὴδὲ ἐκφωνεῖν Miller.; ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκφωνεῖ B. Iren. — 3. ὅτι τὸ cod.; τὸ [ὄλον] B. Iren. — 6. μονογλωττήσαντι cod.; μονογλωττήσαντος B. Iren. edit. Legendum cum vet. interpr. μονογλωττήσαντα. — 7. Τότε δὲ καὶ τὴν B. Iren. — 8-9. ἐκφώνησιν ἠχίση, τὴν τε ἐκφώνησιν ἠχίση cod. — 9. ἰκανὰ cod. pro εἰκόνα a librario somniantie confusum. — 10. [φθόγγους] omissum in cod. restit. ex B. Iren. — 12. τὰς δὲ διηνεκῶς B. Iren. — 14. ῥήματα cod. pro ῥητὰ.

πους ὠνόμασε· τὰ δὲ καθ' ἓνα αὐτῶν, καὶ ἐκάστου ἴδια, ἐν τῷ ὀνό-
 ματι τῆς Ἑκ[κλησίας] ἐμπεριεχόμενα νοεῖσθαι [ἔφη]· ὧν στοιχείων
 τοῦ ἐσχάτου στοιχείου τὸ ὑψίστου [γράμμα] φωνὴν προήκατο τὴν
 ἑαυτοῦ, οὗ ὁ ἦχος ἐξελθὼν εἰκόνας τῶν στοιχείων στοιχεῖα ἴδια
 5 ἐγέννησεν. Ἐξ ὧν τὰ τε ἐνταῦθα διακεκοσμηθῆναι φησί, καὶ τὰ
 πρὸ τούτου γεγενῆσθαι. Τὸ μέντοι γράμμα αὐτὸ οὗ ὁ ἦχος ἦν συνε-
 πακολουθῶν τῷ ἦχῳ κάτω, ὑπὸ τῆς συλλαβῆς τῆς ἑαυτοῦ ἀνειληφθαι
 ἄνω λέγει εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ὅλου· μεμενηκέναι δὲ εἰς τὰ κάτω
 τὸν ἦχον, ὥσπερ ἔξω ριζέντα. Τὸ δὲ στοιχεῖον αὐτό, ἀφ' οὗ τὸ
 10 γράμμα σὺν τῇ ἐκφωνήσει τῇ ἑαυτοῦ κατῆλθε κάτω⁽²⁰⁶⁾, γραμμάτων
 φησὶν εἶναι τριάκοντα, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν τριάκοντα γραμμάτων
 ἐν ἑαυτῷ ἔχειν ἕτερα γράμματα, δι' ὧν τὸ ὄνομα τοῦ γράμματος
 ὀνομάζεται. Καὶ μὴν πάλιν τὰ ἕτερα δι' ἄλλων ὀνομάζεσθαι γραμ-
 μάτων, καὶ τὰ ἄλλα δι' ἄλλων, ὥστε εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν τὸ πλῆ-
 15 θος, ἴδια τῶν γραμμάτων γραφέντων. Οὕτως δ' ἂν σαφέστερον μάθοι

autem et cujusque propria in Ecclesiae nomine contineri atque intelligi ait.
 Quorum elementorum ultimi extrema littera vocem suam emisit, cujus
 vox ad elementorum imaginem egressa peculiariter elementa procreavit. Ex
 quibus et quae sunt hic exornata dicit et ea, quae sunt ante haec, generata
 fuisse. Et quidem litteram ipsam cujus sonus sonum infra sequebatur, a
 syllaba sua in universi complementum sursum receptam esse affirmat. Cae-
 terum sonum velut foras ejectum infra remansisse. At elementum ipsum
 a quo littera una cum sua pronuntiatione infra descendit triginta littera-
 rum esse asserit, quarum etiam quaelibet alias rursus litteras contineat qui-
 bus litterae nomen exprimitur. Ac rursus aliam atque etiam per alias atque
 alias litteras appellari, ita ut litterae in infinitum quemdam numerum ex-
 crescant numeratis litteris quae in singulis elementis continentur. Sic autem

1. τὰ καθ' ἑαυτῶν cod.; τὰ δὲ καθ' ἓνα
 αὐτῶν B. Iren. — 2. νοεῖσθαι τῶν στοι-
 χείων· τοῦ... cod. ex B. Iren. emenda-
 tum. — 3. ὑψίστου cod. — [γράμμα] ex B.
 Iren. restitutum. — 4. ἰκανὰ cod.; κατ'
 εἰκόνα B. Iren. — 5. κατακεκοσμηθῆναι
 B. Iren.; διακεκομείσθαι cod. — 7. καὶ
 τῷ cod. pro κάτω. — 8. τούτου ὅλου cod.;

τοῦ ὅλου B. Iren. — 10. συνέσει cod.;
 σὺν τῇ B. Iren. — 11. Post εἶναι τριάκοντα
 cod. habet γραμμάτων quod recte censuit
 delendum Miller. — 13. καὶ αὖ πάλιν
 B. Iren. — 14. ὡς εἰς B. Iren. — 15. διὰ
 τῶν γραμμάτων γραφέντος cod.; recte
 conjecit Mill.: ἴδια τῶν γραμμάτων γρα-
 φέντων.

τις τὸ λεγόμενον. Τὸ δέλτα στοιχεῖον γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ πέντε, τὸ δέλτα, καὶ τὸ ἐψιλόν, καὶ τὸ λάμβδα, καὶ τὸ ταῦ, καὶ τὸ ἄλφα, καὶ αὐτὰ ταῦτα τὰ γράμματα δι' ἄλλων [γράφεται]. Εἰ οὖν ἡ πᾶσα ὑπόστας τοῦ δέλτα εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, αἰεὶ ἄλλων ἄλλα γράμματα γεννώντων καὶ διαδεχομένων ἄλληλα, πόσω μᾶλλον ἐκείνου τοῦ στοιχείου μείζον εἶναι τὸν πόντον τῶν γραμμάτων; καὶ εἰ τὸ ἐν γράμμα ἄπειρον οὕτως, ὅρα ὅλου τοῦ ὀνόματος τὸν βυθὸν τῶν γραμμάτων, ἐξ ὧν τὸν Προπάτορα ἢ Μάρκου φιλοπονία, μᾶλλον δὲ ματαιοπονία βούλεται συνιστᾶν· διὸ καὶ τὸν Πατέρα ἐπιστάμενον τὸ ἀχώρητον αὐτοῦ δεδωκέναι τοῖς στοιχείοις, ἃ καὶ Αἰῶνας καλεῖ, ἐνὶ ἐκάστῳ αὐτῶν τὴν ἰδίαν ἐκφώνησιν ἐκβοᾶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἓνα τὸ ὅλον ἐκφωνεῖν.

45. Ταῦτα δὲ σαφηνίσασαν αὐτῷ τὴν Τετρακτὸν εἰπεῖν⁽²⁰⁷⁾. Θέλω δέ σοι καὶ αὐτὴν ἐπιδειξάει τὴν Ἀλήθειαν· κατήγαγον γὰρ αὐτὴν ἐκ τῶν ὑπερθεῶν δομάτων, ἵνα ἴδῃς αὐτὴν γυμνήν, καὶ καταμάθῃς

apertius id quod dico intelliges : elementum *delta* quinque litteras complectitur nimirum δ et ε et λ et τ et α, rursusque hæ litteræ aliis litteris perscribuntur. Si ergo tota elementi *delta* coagmentatio in infinitum cadit, aliis nimirum alia gignentibus atque inter se succedentibus, quanto illo elemento vastius litterarum pelagus erit? Jam si una littera usque adeo infinita est, animadvertas velim quæ in toto nomine sit litterarum profunditas ex quibus Marci ardens labor vel potius inanis labor Propatorem constare docuit. Qua etiam de causa Patrem, scientem se comprehendi non posse, hoc singulis elementis, quibus etiam Æonum nomen imponit, dedisse, ut propriam enuntiationem ederent, eo quod unum illud quod est universum enuntiare non possit.

45. His autem expositis Quaternitatem ipsi dixisse : Volo ipsam quoque Veritatem tibi spectandam proponere : ex superis quippe ædibus eam devexi ut nudam eam conspicias, ejusque pulchritudinem intelligas, atque

1. ἔχειν cod. Miller.; ἔχει B. Iren. — 2. τὸ εἰ cod.; τὸ ε Miller. — 3. [γράφεται] quod deerat in cod. ex B. Iren. restitutum. — 6. τὸν τόπον cod.; τὸν πόντον conjecit Dunckerus; τὸ πέλγος B. Iren. — 10. ἐπιστάμενος cod. — 12. τὸ δλων cod. — 13. εἶπε cod. Miller.; εἶπαι Duncker. — B. Iren. edit. habet Θεάν pro Θέλω. — 15. δομάτων cod. Mill.; δωμάτων Duncker. — ἐσίδησ B. Iren. — καταμάθεις B. Iren.

αὐτῆς τὸ κάλλος, ἀλλὰ καὶ ἀκούσης αὐτῆς λαλούσης, καὶ Θαυμάσης
τὸ φρόνημα αὐτῆς. Ὅρα οὖν κεφαλὴν ἄνω, τὸ πρῶτον ἄλφα ω, τρά-
χηλον δὲ τὸ βψ, ὤμους [ἅμα χερσὶ] γχ, στήθη δέλτα φ, διάφραγμα
ευ, κοιλίαν ζτ, αἰδοῖα ησ, μηροὺς θρ, γόνατα ιπ, κνήμας κο, σφυρὰ
5 λξ, πόδας μν. Τοὔτέστι τὸ σῶμα τῆς κατὰ τὸν Μάρκον Ἀληθείας·
τοὔτο τὸ σχῆμα τοῦ στοιχείου, οὗτος ὁ χαρακτήρ τοῦ γράμματος.
Καὶ καλεῖ τὸ στοιχεῖον τοὔτο ἄνθρωπον· εἶναί τε πηγὴν φησι
παντὸς λόγου, καὶ ἀρχὴν πάσης φωνῆς, καὶ παντὸς ἀρρήτου ῥῆσιν,
καὶ τῆς σιωπωμένης Σιγῆς σίβημα. Καὶ τοὔτο τὸ σῶμα αὐτῆς· σὺ
10 δὲ μετάρσιον ἐγείρας [τὸ] τῆς διανοίας νόημα, τὸν Αὐτογεννήτορα
καὶ Προπάτορα Λόγον ἀπὸ στοιμάτων Ἀληθείας ἄκουε.

46. Ταῦτα δὲ ταύτης εἰπούσης, προσβλέψασαν αὐτῷ τὴν Ἀλή-
θειαν καὶ ἀνοίξασαν τὸ σίβημα λαλῆσαι λόγον· τὸν δὲ λόγον ὄνομα
γενέσθαι, καὶ τὸ ὄνομα εἶναι τοὔτο, ὃ γινώσκομεν καὶ λαλοῦμεν,

Animas igitur odio habitas et cruciatas et castigatas in hoc mundo, secundum Empedoclem, cogit Amicitia, quæ bona est et miseratur gemitum earum necnon omnia inordinata et scelestas quæ instruit Discordia furens; incumbit et enititur ut educat eas brevi tempore ex mundo et adjungat illi uni, ut hoc modo omnia in unitate ab illa (Amicitia) acta constituentur. Propter hanc igitur ab exitiali Discordia patratam dispositionem mundi minutatim divisi, jubet Empedocles discipulos suos abstinere omnibus quæ vitam ha-

6. *eis* cod. — 7. ὃδ' αἰθέρος ἐμβαλλε cod. — 8. [δ'] ἐξ] ἐξ cod. Mill.

ἑαυτοῦ μαθητὰς ἀπέχεσθαι παρακαλεῖ. εἶναι γὰρ φησι τὰ σώ-
ματα τῶν ζώων τὰ ἐσθιόμενα ψυχῶν κεκολασμένων οἰκητήρια· καὶ
ἐγκρατεῖς εἶναι τοὺς τῶν τοιούτων λόγων ἀκρωμένους τῆς πρὸς
γυναῖκα ὁμιλίας διδάσκει, ἵνα μὴ συνεργάζωνται καὶ συνεπιλαμβά-
5 νωνται τῶν ἔργων, ὧν δημιουργεῖ τὸ Νεῖκος, τὸ τῆς Φιλίας ἔργον
λύον ἀεὶ καὶ διασπῶν. Τοῦτον εἶναι φησὶν ὁ Ἐμπεδοκλῆς νόμον μέ-
γιστον τῆς τοῦ Παντός διοικήσεως, λέγων ὧδέ πως·

Ἔστιν ἀνάγκης χρῆμα, Θεῶν ψήφισμα παλαιόν,
αἰδίων, πλατέεσσι κατεσφρηγισμένον ὄρκοις·

10 ἀνάγκην καλῶν τὴν ἐξ ἑνὸς εἰς πολλὰ κατὰ τὸ Νεῖκος καὶ ἐκ πολ-
λῶν εἰς ἓν κατὰ τὴν Φιλίαν μεταβολήν. Θεοὺς δέ, ὡς ἔφην, τέσσα-
ρας μὲν θνητοὺς, Πῦρ, ὕδωρ, Γῆν, Ἄερα· δύο δὲ ἀθανάτους,
ἀγευνήτους, πολεμίους ἑαυτοῖς διὰ παντός, τὸ Νεῖκος καὶ τὴν Φι-
λίαν· καὶ τὸ μὲν Νεῖκος ἀδικεῖν διὰ παντός καὶ πλεονεκτεῖν καὶ
15 ἀποσπᾶν τὰ τῆς Φιλίας, καὶ ἑαυτῷ προσνέμειν· τὴν δὲ Φιλίαν ἀεὶ

buerunt. Ait enim corpora animalium quæ manducantur esse animarum castigatorum domicilia, et addit iis qui audiunt hæc verba esse abstinendum commercio cum muliere, ne cooperentur neque una ministrent operibus quæ efficit Discordia, Amicitia opus semper dirimens et distrahens. Illam esse legem maximam ordinis universi mundi ait Empedocles hoc fere modo :

Est necessitas aliqua, deorum decretum antiquum,
æternum, longis obsignatum jurejurandis.

Necessitatem vocat hanc ex uno in multa transmutationem per Discordiam et ex multis in unum per Amicitiam. Deos ait esse quatuor quidem mortales, Ignem, Aquam, Terram, Aerem; duos autem immortales et increatos et sibi invicem semper adversantes, Discordiam et Amicitiam, et Discordiam semper offendere et invadere et abstrahere quæ sunt Amicitia et sibi adjun-

4. ὁμιλήσας cod. — διδάσκειν cod. — vss. 1-2, ed. Stein. 369-370. — 8. ἐστὶ
συνεργάζονται cod. — 4-5. συνεπιλαμ- τί ἀνάγκη cod. — 9. πλατέεσι κατεσφρα-
βάνονται cod. — 8-9. Emped. ed. Karst. γισμένον cod.

καὶ διὰ παντὸς ἀγαθὴν τινα οὔσαν, καὶ τῆς ἐνότητος ἐπιμελουμένην, τὰ ἀπεσπασμένα τοῦ Παντὸς καὶ βεβασανισμένα καὶ κεκολλημένα ἐν τῇ κτίσει ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ ἀνακαλεῖσθαι καὶ προσάγειν καὶ ἐν ποιεῖν. Τοιαύτη τις ἢ κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα ἡμῖν τοῦ κόσμου γέनेσις καὶ φθορὰ καὶ σύστας ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ συνε- 5
στώσα φιλοσοφεῖται· εἶναι δέ φησι καὶ νοητὴν τρίτην τινὰ δύναμιν, ἣν καὶ ἐκ τούτων ἐπινοεῖσθαι δύνασθαι, λέγων ὧδέ πως⁽²⁵²⁾.

Εἰ γὰρ κέν σφ' ἀδιησιν ὑπὸ πρᾶπιδεσσιν ἐρείσσας
εὐμενέως καθαρῆσιν ἐποπτεύης μελέτησιν,
ταῦτα δέ σοι μάλα πάντα δι' αἰῶνος παρέσσονται,
ἀλλὰ τε πόλλ' ἀπὸ τῶνδε κατ[έρχεται]· αὐτὰ γὰρ αὖξει
ταῦτ' εἰς ἦθος ἕκαστον, ὅπη φύσις ἐστὶν ἐκάστω.
Εἰ δὲ σύ τ' ἀλλοίων ἐπορέξῃαι οἷα κατ' ἀνδρας,

10

gere, Amicitiam vero, quæ semper et continuo bona est et unitati prospicit, extracta ab Universo et cruciata et castigata in creatione a Demiurgo revocare et adducere et cogere in unum. Hæc est philosophia Empedoclis de mundi generatione et destructione et conditione ex bono et malo constituta. Et esse ait intelligibilem tertiam quamdam potestatem, quam ex istis intelligi posse asserit hoc fere modo locutus :

Si enim ea curiosæ menti subjecta
cum amore per puras meditationes intuearis,
tum cuncta hæc in æternum aderunt tibi,
et alia multa ex eis advenient; ipsa enim augebunt
hæc (ducentia) in cuiusque habitum, ut habitus cuique natura est.
Sin autem diversa concupiscas qualia apud homines

4. ἐμποιεῖν cod.; ἐνοποιεῖν susp. Mill. — 6. καινὸν τὴν τρ. cod. — 7. ἦν cod. — 8. κέν Mill. Schneid.; καὶ ἐν cod. — σφαδίνησιν cod.; σφαδανῆσιν susp. Mill.; σφ' ἀδιησιν Schneid. — πρᾶπιδεσιν cod. Mill. corr. Schneid. — 8 sqq. Hos Empedoclis versus, qui desunt in edit., Schneidewinus corrigere et restituere tentavit. (Cf. *Philol.* vi, 166.) Quem, paucis mutatis, secutus est Steinius, vs. 223 sqq.

— 9. εὐμενέως Ræperus. — ἐποπτεύσης Schneid.; ἐποπτεύεις cod. — 10. μάλλα cod. — 11. κατ[έρχεται] rest. Mill.; κατφσσεται Schneid.; τῶν κεκτήσσαι Stein.; τῶνδε κατόψαι Bergk. (*Jahn. Nov. ann. philol. an.* 1853, p. 25.) — αὖξει] Miller. susp. ἤξει. — 12. ἦθος conj. Mill.; ἔθος cod. — 13. εἰ δὲ σὺ τάλλ' οἰῶν ἐπιρέξῃεις cod. corr. Schneid.; τ' ἀλλ' οἰῶν ἐπιδέρκει Bergk.

μυρία δειλά πέλοντο, τά τ' ἀμβλύνουσι μερίμνας,
 μή σ' ἄφαρ ἐκλείψουσι, περιπλομένοιο χρόνοιο,
 σφῶν αὐτῶν ποθέοντα φίλην ἐπὶ γένναν ἰκέσθαι.
 Πάντα γὰρ ἴσθι φρόνησιν ἔχειν καὶ νόματος αἴσαν.

- 5 30. Ἐπειδὴν οὖν Μαρκίων ἢ τῶν ἐκείνου κυνῶν τις ὑλακτῆ κατὰ
 τοῦ Δημιουργοῦ, τοὺς ἐκ τῆς ἀντιπαραθέσεως ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ
 προφέρων λόγους, δεῖ αὐτοῖς λέγειν ὅτι τούτους οὔτε Παῦλος ὁ
 ἀπόστολος, οὔτε Μάρκος ὁ κολοβοδάκτυλος ἀνήγγειλαν (τούτων
 γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ [κατὰ] Μάρκον Εὐαγγελίῳ γέγραπται), ἀλλὰ Ἐμπε-
 10 δοκλῆς Μέτωνος Ἀκραγαντίνος, ὃν συλαγωγῶν μέχρι νῦν λαυθάνειν
 ὑπελάμβανε τὴν διαταγὴν πάσης τῆς κατ' αὐτὸν αἵρέσεως ἀπὸ τῆς
 Σικελίας εἰς τοὺς εὐαγγελικοὺς λόγους μεταφέρων αὐταῖς λέξεσι.

innumera misera sunt et quæ mentis hebetant curam,
 cave a te statim ne pura omnia effugiant, volventibus annis,
 ipsa sponte expetentia ad dilectum suum genus pergere.
 Omnia enim scias sapientiæ et mentis esse consortia.

30. Quando igitur Marcion vel unus e canibus istius latrabit contra Demiurgum, ex comparatione boni et mali proferens sermones, oportet ipsis demonstrare non a Paulo apostolo nec a Marco truncati digiti eos annuntiatos fuisse. Nihil enim horum in Evangelio secundum Marcum scriptum est. Sed Empedocles Metonis Agrigentinus (hæc annuntiavit) quem Marcion suffuratus opinatus est usque nunc celari totam hanc hæresim ab eo constitutam fuisse, dum ex Sicilia in evangelicos sermones philosophi pla-

1. δῆλα cod.; δειλά Schneidew.; δεινὰ Meinek. (Conf. *Diar. Marburg.* an. 1852, p. 376.) — πέλονται cod. Miller. Stein.; πέλοντο Rœp.; πέλει τὰ Meinek.; ἀπλάμνα Schneid. — μερίμναι cod. — 2. σῆς ἄφαρ cod.; ἴσ' ἄφαρ Schneid.; ἦ σ' ἄφαρ Meinek. — περιπλομένοιο cod. Conf. Emped. edit. Karsten. versus 116-138. — 3. γέναν cod. — 4. γνωματοσισον cod.; γνώματος ἰσχύον conj. Miller.; conf. Emped. edit. Karsten. vs. 313, νόματος αἴσαν. — 6. καλοῦ cod. Miller. pro κακοῦ. Conf. infra, l. 49. — 8. κολοβοδά-

κτυλος. Bunsen. male legit: καλῶν λόγων διδάσκαλος. Cf. quæ de hoc loco disputantur in *The journal of classical and sacred philol.* Cambridge, march 1855, p. 87. Cujus eruditæ inquisitionis auctor præfatione utitur quæ Hieronymo adscribitur ad Evang. Marci in cod. Amiatino; in qua mentio est B. Marcum sibi pollicem amputavisse ut sacerdotio reprobis haberetur; inde conjicias hoc nomine κολοβοδάκτυλος evangelistam vocatum esse. — 9. οὐδὲ cod. — [κατὰ] restit. Mill. — 10. Μιῶνος cod.

Φέρε γάρ, ὦ Μαρκίων, καθάπερ τὴν ἀντιπαράθεσιν πεποίηκας ἀγα-
 θοῦ καὶ κακοῦ, ἀντιπαρὰθῶ καὶ γὰρ σήμερον κατακολουθῶν τοῖς σοῖς,
 ὡς ὑπολαμβάνεις, δόγμασι. Δημιουργὸν φησὶ εἶναι τοῦ κόσμου πο-
 νηρόν· εἶτα οὐκ ἐγκαλύπτῃ τοὺς Ἐμπεδοκλέους λόγους τὴν Ἐκκλη-
 σίαν κατηγῶν; Ἀγαθὸν φησὶ εἶναι Θεὸν καταλύοντα τὰ τοῦ⁽²⁵³⁾ Δη- 5
 μιουργοῦ ποιήματα· εἴτ' οὐ καταφανῶς τὴν Ἐμπεδοκλέους Φιλίαν
 εὐαγγελίῃ τοῖς ἀκρωμένοις τὸν ἀγαθόν; κωλύεις γαμεῖν, τεκνοῦν,
 ἀπέχεσθαι βρωμάτων ὧν ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν τοῖς πι-
 σιοῖς καὶ ἐπεγνώκασιν τὴν ἀλήθειαν, τοὺς Ἐμπεδοκλέους λανθάνεις
 διδάσκων καθαρμούς· ἐπόμενος γὰρ ὡς ἀληθῶς κατὰ πάντα τούτῳ 10
 τὰ βρώματα παραιτεῖσθαι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς διδάσκεις, ἵνα μὴ
 φάγωσι σῶμα τὸ στέγανον ψυχῆς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κεκολασμέ-
 νης· λύεις τοὺς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συνηρμοσμένους γάμους τοῖς Ἐμπε-
 δοκλέους ἀκολουθῶν δόγμασιν, ἵνα σοι φυλαχθῇ τὸ τῆς Φιλίας ἔργον
 ἐν ἀδιαίρετον. Διαιρεῖ γὰρ ὁ γάμος κατὰ Ἐμπεδοκλέα τὸ ἐν καὶ 15
 ποιεῖ πολλά, καθὼς ἀπεδείξαμεν.

cita transferret, ipsius verbis usus. Age, Marcio, quemadmodum comparationem effecisti boni et mali, comparabo et ego hodie insistens tuis, ut tu putas, dogmatibus. Demiurgum dicis esse mundi malum; nonne te pudet Empedoclis sermones Ecclesiae insonare? Bonum dicis esse deum dirimentem opera Demiurgi; nonne igitur manifesto Empedoclis Amicitiam evangelizas fidelibus tanquam bonum Deum? Vetas nubere, gignere; jubes abstinere escis quas condidit Deus et assumendas tradidit fidelibus et iis qui cognoverunt veritatem, hoc modo Empedoclis edocens piacula. Verum enim vero istum secutus in omnibus doces quasdam escas discipulis tuis vetari ne manducent corpus quoddam operiens animam a Demiurgo castigatam. Dirimis connubia quæ junxit Deus, sic insistens Empedoclis dogmatibus ut tibi opus Amicitiae maneat incolume unum et indivisibile. Dividit enim connubium, secundum Empedoclem, quod unum est et multiplicat, ut demonstravimus.

4. ἐγκαταλύπτῃ cod. — 6. εἴτ' οὐ cod. Mill. Legendum suspicor στέγανον. Duncker.; εἴ τοῦ cod.; εἶτα Mill. — 7. Vide supra, p. 378, l. 2 : οἰκητήριον εὐαγγελίῃ cod. — 7-8. Cf. B. Paul. 1, eumdem sensum habet. — 12-13. καὶ Erist. ad Tim. IV, 3. — 12. τὸ λείψανον κολασμένης cod.

31. Ἡ μὲν οὖν πρώτη καὶ καθαριωτάτη Μαρκίωνος αἵρεσις, ἐξ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὴν σύστασιν ἔχουσα, Ἐμπεδοκλέους ἡμῖν εἶναι πεφανερωται. Ἐπεὶ δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις νῦν καινότερόν τι ἐπεχείρησε Μαρκιωνιστῆς τις Πρέπων Ἀσσύριος πρὸς Βαρδησιάνην τὸν Ἀρμένιον ἐγγράφως ποιήσας λόγους περὶ τῆς αἰρέσεως, οὐδὲ τοῦτο σιωπήσομαι. Τρίτην φάσκων δίκαιον εἶναι ἀρχὴν καὶ μέσσην ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τεταγμένην, οὐδ' οὕτως δὴ ὁ Πρέπων τῆς Ἐμπεδοκλέους διαφυγεῖν ἴσχυσε δόξης. Κόσμον γὰρ φησὶν εἶναι ὁ Ἐμπεδοκλῆς τὸν ὑπὸ τοῦ Νείκουσ διοικούμενον τοῦ πονηροῦ, καὶ 5 ἕτερον νοητὸν τὸν ὑπὸ τῆς Φιλίας, καὶ εἶναι ταύτας τὰς διαφορούσας ἀρχὰς δύο ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, μέσον δὲ εἶναι τῶν διαφορῶν ἀρχῶν Δίκαιον Λόγον, καθ' ὃν συγκρίνεται τὰ διηρημένα ὑπὸ τοῦ Νείκουσ, καὶ προσαρμόζεται κατὰ τὴν Φιλίαν τῷ ἐνί. Τοῦτον δὲ αὐτὸν ⁽²⁵⁴⁾ τὸν Δίκαιον Λόγον, τὸν τῇ Φιλίᾳ συναγωνιζόμενον, Μοῦσαν

31. Prima igitur et purissima Marcionis hæresis ex boni et mali principiis suam constitutionem ducere ab Empedocle a nobis manifesto demonstrata est. Quum autem, in istis nostris temporibus, aliquid magis novum aggressus marcionista quidam, nomine Prepon, gente Assyrius, libro ad Bardesianem Armenium scripto, enixus sit sermones de hac hæresi facere, non illud silentio prætermittam. Quum affirmat Justitiam esse tertium principium et medium esse inter bonum et malum constitutum, non potest iste Prepon culpa absolvi docendi disciplinam Empedoclis. Ait enim Empedocles mundum unum esse a Discordia mala gubernatum et alterum esse spiritualement ab Amicitia ordinatum et esse adversantia duo principia boni et mali et medium esse adversantium principiorum Justum Verbum quo regente conjunguntur quæ divisa sunt a Discordia et secundum Amicitiam adaptantur unitati. Hoc idem Justum Verbum, Amicitiae commilitonem, Empe-

3. ἐπὶ δὲ cod. — κενώτερόν cod. — 4. Μαρκίων νῆσις τις cod. Mill. pro Μαρκιωνιστῆς τις. — Ἀσσύριος cod. De Preponte mentio est apud solum Theod. *Hær. fab.* I, c. xxv. — 4-5. Prima littera nominis Βαρδ. exesa. Mill. — 5. ποιήσασθαι cod.

Miller.; ποιήσας R. Scottus. — 7. οὕτως cod. Mill.; οὕτως Duncker. — δὲ cod.; δὴ Millerus. — 8. Hæc forsitan corrupta et legendum: διαφυγεῖν τὰς δόξας vel ἀποφυγεῖν τῆς δόξης. — 14. συναγωνιζόμενον cod.

ὁ Ἐμπεδοκλῆς προσαγορεύων, αὐτὸς αὐτῷ συναγωνίζεσθαι παρακαλεῖ, λέγων ὧδέ πως·

εἰ γὰρ ἐφημερίων ἔνεκεν τινός, ἀμβροτε Μοῦσα,
[ἦδσαι] ἡμετέρας μελέτας διὰ φροντίδος ἐλθεῖν,
εὐχομένῳ νῦν αὐτε παρίστασο, Καλλιόπεια,
ἀμφὶ θεῶν μακάρων ἀγαθὸν Λόγον ἐμφαίνοντι.

5

Τούτοις κατακολουθῶν Μαρκίων τὴν γένεσιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παντάπασι παρητήσατο, ἄτοπον εἶναι νομίζων ὑπόπλασμα τοῦ ὀλεθρίου τούτου Νείκουσ γεγονέναι τὸν Λόγον τὸν τῇ Φιλίᾳ συναγωνιζόμενον, τουτέστι τῷ ἀγαθῷ, ἀλλὰ χωρὶς γενέσεως ἔτει πεν- 10 τεκαίδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος κατεληλυθότα αὐτὸν ἄνωθεν, μέσον ὄντα κακοῦ καὶ ἀγαθοῦ, διδάσκειν ἐν ταῖς συναγω-

docles Musam invocans precatur, ut sibimet ipsi auxilium afferat, hunc in modum dicens :

si uni mortalium favens, cœlestis Musa,
(gaudes) meditationes nostras prospicere,
precanti nunc rursus adesto, Calliope,
mihi de diis beatis bonum Verbum manifestanti.

Hæc secutus Marcion generationem Salvatoris nostri omnino repudiavit, absurdum esse arbitratus creaturam scelestæ hujusce Discordiæ natum esse Verbum quod una cum Amicitia certat, id est cum bono, sed dixit quintodecimo anno imperii Tiberii Cæsaris sine generatione Verbum descendisse desuper, et quum medium esset inter bonum et malum, docuisse in

3 sqq. Hos versus, qui ex nostro demum innotuerant, Schneid. et Bergk. redintegrare tentaverunt. (Conf. *Philol.* vi, 167; *Jahnii Nov. ann. philol.* a. 1853, p. 26.) — 3. εἰκάραι φημερίων cod. corr. Mill. — ἐνεκεν τινός cod.; ἐμελεν (scilicet σοι) τινός suspic. Miller.; ἐνεκέν τί σοι Schneid. Stein. — 4. [ἦδσαι] supplevi. — ἡμετέρας ἐμελεν μελέτας Schneid. Stein.; ἡμετέρας μελέτας ἀδινῆς (s. καθαρῆς) διὰ φροντίδος ἐλθεῖν || [εὐμενέως.... τὸ πά-

ρος ποτ' ἔδωκας] || εὐχομένῳ Bergk. — 5. εὐχομένων cod.; εὐχομένῳ Schneid. Steinius. — 6. μακαρίων cod.; μακάρων Millerus. — καθαρὸν Λόγον Schneidew. Stein. — ἀμφαίνοντι Schneid. — 8. ὑπὸ τὸ πλάσμα cod. Miller. Duncker. Lege ὑπόπλασμα. — 9. τὰ τοῦ cod. pro τούτου. — 10-11. πέντε καὶ δεκάτῳ cod. — 11. Τηβερίου cod. — 11 sqq. Contra hos errores scripsit Tertullianus libr. *De carne Christi*.

γαῖς. Εἰ γὰρ μεσίτης ἐστί, ἀπήλλακται, φησί, πάσης τῆς τοῦ κακοῦ φύσεως· κακὸς δ' ἐστί, ὡς λέγει, ὁ Δημιουργὸς καὶ τούτου τὰ ποιήματα. Διὰ τοῦτο ἀγέννητος κατήλθεν ὁ Ἰησοῦς, φησὶν, ἵνα ἢ πάσης ἀπηλλαγμένος κακίας. Ἀπήλλακται δέ, φησί, καὶ τῆς τοῦ
 5 ἀγαθοῦ φύσεως, ἵνα ἢ μεσίτης, ὡς φησὶν ὁ Παῦλος, καὶ ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ· «Τί με λέγετε ἀγαθόν; εἷς ἐστὶν ἀγαθός.» Ταῦτα μὲν οὖν τὰ Μαρκίωνι δόξαντα, δι' ὧν ἐπλάνησε πολλοὺς τοῖς Ἐμπεδοκλέους λόγοις χρησάμενος, καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνου ἐφηρημένην φιλοσοφίαν ἰδίᾳ δόξῃ μετὰγων, αἵρεσιν ἄθεον συνεσήσατο, ἣν ἱκανῶς
 10 ἠλέγχθαι ὑφ' ἡμῶν νομίζω, μηθέν τε καταλελειφθαι⁽²⁵⁵⁾ ὧν κλεψιλογήσαντες παρ' Ἑλλήνων, τοὺς Χριστοῦ μαθητὰς ἐπηρεάζουσιν, ὡς τούτων αὐτοῖς γενομένου διδασκάλους. Ἄλλ' ἐπεὶ καὶ τὰ τούτου ἱκανῶς ἡμῖν δοκεῖ ἐκτεθεῖσθαι, ἴδωμεν τί λέγει Καρποκράτης.

synagogis. Si enim mediator est, inquit, immunis est naturæ mali. Malus autem est, ut ait, Demiurgus et mala opera ejus. Quapropter ingenitus venit Jesus ut esset omnino immunis malitiæ. At immunis etiam est, ait, naturæ boni ut sit mediator, sicut dixit Paulus et ut ipse his verbis confessus est : « Quid me dicitis bonum ? unus est bonus. » Hæc sunt igitur Marcionis placita, quibus decipit multos, Empedoclis sermonibus usus et inventam ab isto philosophiam suæ doctrinæ accommodans, hæresim impiam constituit, quam satis refutatam esse a nobis arbitramur neque existimamus prætermisisse nos quidquam doctrinarum quibus subreptis apud Græcos Marcionistæ vexant Christi discipulos, quasi ipsi talia eos docerent. Sed quoniam jam videmur satis hæc exposuisse, videamus quid dicat Carpocrates.

1. μεσότης cod. Millerus; μέσος τις Duncker. Bunsenius recte legit μεσίτης, coll. *Epist. ad Gall.* III, 19. Addit autem in notis (*Anal. ante-Nicena*, I, p. 99): «Nemo unquam Marcionem accusavit «apostoli verba corrupisse.» At lege B. Epiphanium, qui hunc hæreticum arguit multis in locis verba apostoli, etiam epistolæ integras, corrupisse (*Hær.* XLII). —

3. ἀγέννητος cod. — 5. ἢ μεσότης cod.; ἢ μεσότης Mill.; ἢ μέσος τις Duncker.; ἢ μεσίτης Buns. Ræp. quod confirmatur his verbis: ὡς φησὶν ὁ Παῦλος. Cf. B. Ev. sec. Luc. XVIII, 19. Hoc solum Evangelium, pluribus autem mutatis, genuinum et sacrum Marcion habebat. — 6. εἰ cod. pro εἷς. — 10. ἠλεγκεν cod.

δ'. Καρποκράτης.

32. Καρποκράτης τὸν μὲν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ὑπὸ ἀγγέλων πολὺ ὑποβεβηκότων τοῦ ἀγενήτου Πατρὸς γεγενῆσθαι λέγει, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἐξ Ἰωσήφ γεγεννησθαι, καὶ ὁμοιον τοῖς ἀνθρώποις γεγονότα, δικαιότερον τῶν λοιπῶν γενέσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ, εὐτόνον καὶ καθαρὰν γεγонуῖαν, διαμνημονεῦσαι τὰ δρώμενα αὐτῇ ἐν 5 τῇ μετὰ τοῦ ἀγενήτου Θεοῦ περιφορᾷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑπ' ἐκείνου αὐτῇ καταπεμφθῆναι δύναμιν, ὅπως τοὺς κοσμοποιοὺς ἐκφυγεῖν δι' αὐτῆς δυνηθῆ· ἦν καὶ διὰ πάντων χωρήσασαν ἐν πᾶσί τε ἐλευθερωθεῖσαν ἀνεληλυθένα πρὸς αὐτόν, [καὶ ὁμοίως τὰς ψυχὰς] τὰ ὅμοια αὐτῆς ἀσπαζόμενας. Τὴν δὲ τοῦ Ἰησοῦ λέγουσι ψυχὴν ἐννό- 10 μως ἡσκημένην ἐν Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσι, καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι, δι' ὧν κατήργησε τὰ ἐπὶ κολάσει πάθη

IV. DE CARPOCRATE.

32. Carpocrates mundum quidem et ea quæ in eo sunt ab angelis multo inferioribus ingenito Patre factum esse dicit; Jesum autem e Joseph natum, et, quum similis cæteris hominibus esset, præ cæteris magis justum fuisse, et animam ejus firmam et mundam fuisse et memorem eorum quæ visa fuerant sibi in circumlacione cum ingenito Deo; et propter hoc ab illo missam esse ei virtutem, uti mundi fabricatores effugere posset; quæ per omnes transgressa et in omnibus liberata rursus ascendit ad Deum, et pariter cum eo omnis anima quæ amplexa est ei similia. Jesu autem dicunt animam, in Judæorum consuetudinibus secundum legem institutam, contempsisse eas, et propter hoc virtutes accepisse, quibus adjuvantibus hanc

CAP. IV, tit. De Carpocrate lege B. Iren. *Cont. hæ.* I, xxiv; Tertull. *De anima*, c. xxiii, xxiv, xxxv; *Præscript.* c. xlvihi; Euseb. *Hist. eccl.* IV, vii; B. Epiph. *Hæ.* xxvii, § 2; Theod. *Fab. hæ.* I, v; B. Aug. *Hæ.* c. vii; *Præd.* c. vii. Hæc et sequentia de Carpocrate noster mutuatus est ab Irenæo, ut liquido apparet ex veteri latina versione quæ sola supererat. — 3. γεγενῆσθαι cod. Miller. — 5. ὁρατὰ μὲν cod. Miller. Legendum ὁρώμενα. — 7. αὐτῷ

Mill. In cod. ultima littera exesa. Legendum αὐτῇ. — 9. ἐληλυθένα cod. Mill. Lege ἀνεληλυθένα. B. Epiph. qui eadem refert, habet ἀνέλθη, et in veteri versione legitur *ascenderet*. — Uncis inclusa supplevi ex B. Epiph. et ex latina versione B. Ir. in qua: «Et eas quæ similia ei amplecterentur similiter.» Et B. Epiph. habet: καὶ τὰς ὁμοίας αὐτῇ ψυχὰς τὰ ἴσα αὐτῇ ἀσπασάμενας. — 12. ἐπιτετελεμέναι cod. Miller. an ἐπιλεληθέναι? Legit vetus interpres et

προσόντα τοῖς ἀνθρώποις. Τὴν οὖν ὁμοίως ἐκείνη τῇ τοῦ Χριστοῦ
 ψυχῇ δυναμένην καταφρονῆσαι τῶν κοσμοποιῶν ἀρχόντων, ὁμοίως
 λαμβάνειν δύναμιν πρὸς τὸ πρᾶξαι τὰ ὅμοια· διὸ καὶ εἰς τοῦτο τὸ
 τυφὸς κατεληλύθασιν ὥστε τοὺς μὲν ὁμοίους αὐτῷ εἶναι λέγουσι τῷ
 5 Ἰησοῦ, τοὺς δὲ καὶ τι δυνατωτέρους, τινὰς δὲ καὶ διαφορωτέρους
 τῶν ἐκείνου μαθητῶν, οἷον Πέτρου καὶ Παύλου καὶ τῶν λοιπῶν
 ἀποστόλων· τούτους δὲ κατὰ μηδὲν ἀπολείπεσθαι τοῦ Ἰησοῦ. Τὰς
 δὲ ψυχὰς αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερκειμένης ἐξουσίας παρούσας, καὶ διὰ
 τοῦτο ὡσαύτως καταφρονούσας τῶν κοσμοποιῶν, ⁽²⁵⁶⁾ τῆς αὐτῆς
 10 ἡξιῶσθαι δυνάμεως, καὶ αὐθις εἰς τὸ αὐτὸ χωρῆσαι. Εἰ δέ τις ἐκεί-
 νου πλεον καταφρονήσειεν τῶν ἐνταῦθα, δύνασθαι διαφορώτερον
 αὐτοῦ ὑπάρχειν.

Τέχνας οὖν μαγικὰς ἐξεργάζονται καὶ ἐπαιδὰς, φίλτρα τε

animam coercuisse pravos appetitus qui insunt in hominibus ad castigandos eos. Addunt animam quæ, similis animæ Jesu, possit contemnere principes fabricatores mundi, eam similiter accipere virtutem ad efficiendum similia. Quapropter ad tantam superbiam devenerunt, ut quidam similes se esse dicant Jesu, et quidam illo etiam potentiores et alii sese profiteantur præstantiores esse discipulis ejus, scilicet Petro et Paulo et cæteris apostolis; hos autem nullo modo Jesu inferiores fuisse. Animas enim ipsorum ex superna potestate devenisse et ideo similiter contemnentes mundi fabricatores eadem dignas habitas esse virtute et rursus in idem abire. Si quis autem plus quam ille contempserit terrena hæc, posse præstantiorem illo fieri.

Artes igitur magicas operantur et incantationes, philtra quoque et adlec-

vertit *acceperisse*. B. Epiphanius. habet *εἰληφέναι*. — 4. *κατεληλύθασιν*] B. Epiphanius. habet *ἐληλακότες*. — αὐτοὺς μὲν cod. Mill. pro *τοὺς μὲν*. — ὁμοίως cod. — 5. *καὶ ἐτι* cod. correxi ex lat. vers. in qua legitur *secundum aliquid*. — 7. *μηδένα* cod. Millerus; *μηδὲν* B. Epiphanius. — 8. *τῆς ὑπερκειμένης ἐξουσίας* glossa est quæ ex margine in textum irrepsit. B. Irenæus

prorsus scripsit *τῆς αὐτῆς περιφορᾶς*, quæ legitur apud B. Epiphanius. Vetus versio habet: *ex eadem circumlacione*. — 8. *καὶ διὰ*] *καὶ delendum* videtur. — 9. *καταφρονεῖν* cod. ex vers. correctum. Conf. Tertullianus. *De anima*, xxiiii. Ante *τῆς αὐτῆς* cod. habet *διὰ*. — 13. *ἐξεργαζόμενον* cod.; *ἐξεργαζόμενοι* Millerus. Vetus interpretatio: *operantur*.

καὶ χαριτήσια, παρέδρους τε καὶ ὄνειροπομποὺς καὶ τὰ λοιπὰ κα-
 κουργήματα, φάσκοντες ἐξουσίαν ἔχειν πρὸς τὸ κυριεύειν ἤδη τῶν
 ἀρχόντων καὶ ποιητῶν τοῦδε τοῦ κόσμου, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν
 αὐτῷ ποιημάτων ἀπάντων, οἵτινες καὶ αὐτοὶ εἰς διαβολὴν τοῦ θείου
 τῆς Ἐκκλησίας ὀνόματος πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ προεβλή- 5
 θησαν, ἵνα κατ' ἄλλον καὶ ἄλλον τρόπον τὰ ἐκείνων ἀκούοντες ἄν-
 θρωποι, καὶ δοκοῦντες ἡμᾶς πάντας τοιούτους ὑπάρχειν, ἀποσπρέ-
 φωσι τὰς ἀκοὰς αὐτῶν ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας κηρύγματος, [ἢ καὶ]
 βλέποντες τὰ ἐκείνων ἅπαντα ἡμᾶς βλασφημῶσιν.

Εἰς τοσοῦτον δὲ μετενσωματοῦσθαι φάσκουσι τὰς ψυχὰς, ὅσον 10
 πάντα τὰ ἁμαρτήματα πληρώσωσιν· ὅταν δὲ μηδὲν λείπη, τότε
 ἐλευθερωθεῖσιν ἀπαλλαγῆναι πρὸς ἐκεῖνον τὸν ὑπεράνω τῶν κοσμο-
 ποιῶν ἀγγέλων Θεόν, καὶ οὕτως σωθήσεσθαι πάσας τὰς ψυχὰς. Εἴ-
 τινες δὲ φθάσασαι ἐν μιᾷ παρουσίᾳ ἀναμιγῆναι πάσαις ἁμαρτίαις
 οὐκέτι μετενσωματοῦνται, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ ἀποδοῦσαι τὰ ὀφλή- 15

tantia et spiritus auxiliatores advocant et eos qui mittunt somnia et ma-
 leficia cætera efficiunt, dicentes se potestatem accepisse ad dominandum
 principes et fabricatores hujusce mundi, et non solum eos sed etiam omnia
 ea quæ in mundo ab illis sunt facta, qui et ipsi ad obtrectandum divinum
 Ecclesiæ nomen ad gentes a Satana præmissi sunt, uti homines audientes
 alii alio modo quæ ad eos pertinent et existimantes nos omnes illis similes
 esse avertant aures suas a præconio veritatis aut videntes eorum opera
 nobis maledicant.

Dicunt autem animas in corpora migrare donec perfecerint omnia
 peccata; quum vero nihil iniqui remanserit (quod non pataverint), tunc
 liberatas dimitti ad illum cœlestem Deum angelorum mundi fabricatorum,
 et hoc modo salvas fore omnes animas. Si vero quædam animæ in prima
 migratione properanter indulserint omnibus vitiis, nondum necesse erit eas
 in corpora migrare, sed debitæ absolutis omnibus liberabuntur pœna in

1. χαρητήσια cod. — 3. Vetus inter-
 pres legit οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ. — 8. [ἢ
 καὶ] restitui ex versione quæ habet: aut
 et videntes quæ sunt illorum. — 9. ἅπαν-
 τας cod. Miller. — βλασφημοῦσιν cod. —
 10. ἕως ἂν pro ὅσον Sauppium. — 13. εἴ
 delet Dunck. — 14. Buns. legit ἀνεμίγη-
 σαν. (Hipp. and his age, 1854, I, p. 372.)

ματα, ἐλευθερωθήσονται τοῦ μηκέτι γενέσθαι ἐν σώματι. Τούτων τινὲς καὶ καυτηριάζουσι τοὺς ἰδίους μαθητὰς ἐν τοῖς ὀπίσω μέρεσι τοῦ λοβοῦ τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ. Καὶ εἰκόνας δὲ κατασκευάζουσι τοῦ Χριστοῦ λέγοντες ὑπὸ Πιλάτου τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γενέσθαι.

ε'. Κήρινθος.

- 5 33. Κήρινθος δέ τις, αὐτὸς Αἰγυπτίων παιδείᾳ ἀσκηθεὶς ἔλεγεν οὐχ ὑπὸ τοῦ πρώτου [Θεοῦ] γεγονέναι τὸν κόσμον, ⁽²⁵⁷⁾ ἀλλ' ὑπὸ δυνάμεως τινὸς κεχωρισμένης τῆς ὑπὲρ τὰ ἄλλα ἐξουσίας καὶ ἀγνοούσης τὸν ὑπὲρ πάντα Θεόν· τὸν δὲ Ἰησοῦν ὑπέθετο μὴ ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, γεγονέναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἰωσήφ καὶ Μαρίας υἱὸν ὁμοίως τοῖς
10 λοιποῖς ἅπασιν ἀνθρώποις, καὶ δικαιότερον γεγονέναι καὶ σοφώ-

corpore ulterius vivendi. Horum hæreticorum quidam signant discipulos suos cauterizantes eos in posteriori et ima parte dextræ auris. Et effingunt imagines Christi dicentes eas exstitisse quo tempore apud homines degebat, et a Pilato effictas.

V. DE CERINTHO.

33. Cerinthus autem quidam et ipse Ægyptiorum disciplina instructus dixit non a primo Deo mundum esse factum sed a Virtute quadam multum distante ab ea Potestate quæ est super universa et ignorante eum qui est super omnia Deum. Jesum autem opinatus est non ex virgine natum, sed ex Joseph et Maria provenisse filium similiter ut cæteri homines nascun-

3-4. Apud. B. Epiph. legimus: ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων, τινὲς δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λοιπῆς ὕλης, ἅτινα ἐκτυπώματά φασι εἶναι τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῦτα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου γεγενῆσθαι. — CAP. v, tit. De Cerintho lege B. Iren. *Cont. hæ.* I, c. xxv; III, c. II, III; Tertull. *Præscr.* c. XLVIII; Eus. *Hist. eccl.* III, c. XXVIII; VII, c. XXV; B. Epiph. *Hær.* XXVIII; Theod. *Hær. fab.* II, c. III; B. Aug. *Hær.* c. VIII; *Prædest.* c. VIII; B. Hier. ep. LXXXIX. — Hæc et sqq. noster mutuatus est ab Irenæo (*Cont. hæ.* I, I,

c. XXVI). Eadem infra repetuntur I. X, § 21. Conf. etiam Theodoretum, qui videtur ex eodem fonte sua deprompsisse. — 5. καὶ add. Mill. ante αὐτοῦ, quod noster prorsus non scripserat. Conf. infra, I. X, § 21: Κήρινθος δέ, ὁ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἀσκηθεὶς αὐτοῦ... — 6. [Θεοῦ] restituendum. Conf. infra, I. X, § 21. — 7. Post κεχωρισμένης forsitan addendum καὶ ἀπεχούσης. In vers. legitur *separata et distante*. — 9. οἶον cod. Miller. pro υἱὸν. — 10. Post γεγονέναι interpretes legebat καὶ φρονιμώτερον καὶ σοφώτερον.

τερον. Καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὑπὲρ τὰ ὅλα αὐθεντίας τὸν Χριστὸν, ἐν εἶδει περισσεύσας. Καὶ τότε κηρῦξαι τὸν ἀγνωστὸν Πατέρα, καὶ δυνάμεις ἐπιτελέσαι· πρὸς δὲ τῷ τέλει, ἀποπλῆναι τὸν Χριστὸν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τὸν Ἰησοῦν πεπονθέναι καὶ ἐγηγέρθαι, τὸν δὲ Χριστὸν ἀπαθῆ διαμεμενηκέναι πνευματικὸν 5 ὑπάρχοντα.

ς'. Ἐβιωναῖοι.

34. Ἐβιωναῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ ὄντος Θεοῦ γεγονέναι· τὰ δὲ περὶ τὸν Χριστὸν ὁμοίως τῷ Κηρίνθῳ καὶ Καρποκράτει μυθεύουσιν. Ἔθεσιν Ἰουδαίκοις ζῶσι, κατὰ νόμον φάσκοντες δικαιῶσθαι, καὶ τὸν Ἰησοῦν λέγοντες δεδικαιῶσθαι ποιήσαντα 10 τὸν νόμον· διὸ καὶ Χριστὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ ὠνομάσθαι καὶ Ἰησοῦν, ἐπεὶ μηδεὶς αὐτῶν ἐτέλεσε τὸν νόμον· εἰ γὰρ καὶ ἕτερός τις πε-

tur, et eis fuisse justitia et sapientia præstantiorem. Addunt, post baptisma, in eum ab ea Potestate quæ est super omnia descendisse Christum sub figura columbæ, et tunc annuntiasse incognitum Patrem et virtutes perfecisse, in fine autem evolavisse iterum Christum e Jesu et Jesum passum esse et resurrexisse: Christum autem impassibilem, quod esset spiritualis, perstitisse.

VI. DE EBIONÆIS.

34. Ebionæi consentiunt quidem mundum a Deo qui vere est factum esse; ea autem quæ ad Christum pertinent similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur. Judæorum more vivunt, dicentes per legem animas justificari, adduntque Jesum, quum legem servaverit, fuisse justificatum; quapropter Christum Dei appellatum esse et Jesum, quum nemo esset inter homines qui legem servavisset. Quod, si quis alius omnia servavisset quæ in

1. τὸν cod. Mill. pro ἀπὸ. Correctum ex B. Iren. τὸν ἐκ Scott. — 3. γνωστὸν cod. Mill. pro ἀγνωστὸν quod legit vet. interpr. — 4. ἀποπλῆναι cod. Mill. pro ἀποπλῆναι. In versione legitur *revolasse*. — Χριστοῦ cod. Mill. pro Ἰησοῦ. — 5. πατρικὸν cod. Mill. pro πνευματικὸν. In versione *spiritualis*. — CAP. VI, tit. De Ebionæis lege B. Ir. I, c. xxvi; Tert. *Præscr.*

c. xlviii; Orig. cont. Cels. II, c. 1 et passim; Eus. *Hist. eccl.* III, c. xxvii; B. Epiph. *Hær.* xxx; Theod. *Hær. fab.* II, c. 11. — 10. δικαιῶσθε cod. — δὲ δικαιῶσθαι cod. — 11. Bunsen. legit: Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ ὠνομάσθαι Ἰησοῦν. — 12. μηδεὶς τῶν cod.; αὐτῶν Millerus; ἄλλων supp. R. Scott.; ἑτέρων Dunck.; τῶν πρὸ αὐτῶν Bunsenius.

ποιήκει τὰ ἐν νόμῳ προσίεταγμένα, ἦν ἂν ἐκεῖνος ὁ Χριστός. Δύνασθαι δὲ καὶ ἑαυτοὺς ὁμοίως ποιήσαντας, Χριστοὺς γενέσθαι· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν ὁμοίως ἄνθρωπον εἶναι πᾶσι λέγουσιν.

ζ'. Θεόδοτος ὁ Βυζάντιος.

35. Θεόδοτος δὲ τις ἦν Βυζάντιος, [ὅς] εἰσήγαγεν αἵρεσιν καινήν, φάσκων τὰ μὲν περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἀρχῆς σύμφωνα ἐκ μέρους τοῖς τῆς ἀληθοῦς Ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πάντα ὁμολογῶν γεγενῆναι, τὸν δὲ Χριστὸν ἐκ τῆς τῶν γνωστικῶν καὶ Κηρίνου καὶ ⁽²⁵⁸⁾ Ἐβίωνος σχολῆς ἀποσπάσας φάσκει τοιοῦτῳ τινὶ τρόπῳ πεφηνέναι· καὶ τὸν μὲν Ἰησοῦν εἶναι ἄνθρωπον ἐκ παρθένου γεγεννημένον, κατὰ
10 βουλὴν τοῦ Πατρὸς, βιώσαντα δὲ κοινῶς πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ εὐσεβέστατον γεγυῖναι, ὑψίτερον ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ κεχωρηκέναι τὸν Χριστὸν ἄνωθεν κατεληλυθότα ἐν εἴδει πε-

lege præscripta sunt, ille fuisset Christus. Posse enim ipsos similiter observando legem Christos fieri; nam et illum hominem esse similem omnibus dicunt.

VII. DE THEODOTO BYZANTINO.

35. Theodotus quidam erat Byzantinus, qui introduxit hæresim novam, docens de principio omnium rerum quæ ex parte similia sunt iis quæ in vera Ecclesia docentur; fatebatur enim omnia a Deo creata fuisse; Christum autem suum e Gnosticorum et Cerinthi et Ebionis doctrinis mutuatus, dicit apparuisse hoc modo: Jesum esse hominem ex virgine natum, secundum voluntatem Patris vixisse cum cæteris hominibus et fuisse maxime religiosum, postremo, quum baptizaretur in Jordane, in se recepisse Christum sub

CAP. VII, tit. De Theodoto lege Tertull. *Præscr.* c. LIII; Eus. *Hist. eccl.* V, c. XXVII; B. Epiph. *Hær.* c. LIV; Theod. *Hær. fab.* II, c. v. — 4. ἄν Duncker. pro ἦν. — [ὅς] restitui, confusum a librario cum finalibus litteris vocabuli Βύζαντιος et omissum. — εἰσήγαγε δ' conj. Miller. — 4-5.

κενήν cod. — 5. τὰ περὶ μὲν cod. Miller. — 9 sqq. De Theodoto Timotheus Presbyter ait (*Cotel.* III, p. 389): Τοῦτον τὸν Θεόδοτον φασιν τῆς τοῦ Σαμοσατέως αἵρέσεως ἀρχηγὸν καὶ πατέρα γενέσθαι, πρῶτον εἰπόντα τὸν Χριστὸν ψιλὸν ἄνθρωπον.

ριστερᾶς, ὅθεν οὐ πρότερον τὰς δυνάμεις ἐν αὐτῷ ἐνηργηκέναι, ἢ ὅτε κατελθὼν ἀνεδείχθη ἐν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα, ὃ εἶναι τὸν Χριστὸν προσαγορεύει. Θεὸν δὲ οὐδὲ τότε οὗτοι γεγονέναι αὐτὸν θέλουσιν ἐπὶ τῇ καθόδῳ τοῦ Πνεύματος· ἕτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν.

5

η'. Ἄλλος Θεόδοτος.

36. Διαφόρων δὲ γενομένων ἐν αὐτοῖς ζητήσεων, ἐπεχείρησέ τις καὶ αὐτὸς Θεόδοτος καλούμενος, τραπεζίτης τὴν τέχνην, λέγειν δύναμιν τινὰ τὸν Μελχισεδὲκ εἶναι μεγίστην, καὶ τοῦτον εἶναι μείζονα τοῦ Χριστοῦ· οὗ κατ' εἰκόνα φάσκουσι τὸν Χριστὸν τυγχάνειν, καὶ αὐτοὶ ὁμοίως τοῖς προειρημένοις Θεοδοτιανοῖς ἄνθρωπον εἶναι 10 λέγουσι τὸν Ἰησοῦν, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τὸν Χριστὸν εἰς αὐτὸν κατεληλυθέναι.

Γνωστικῶν δὲ διάφοροι [αἱ] γινῶμαι, ὧν οὐκ ἄξιον καταριθμεῖν

figura columbæ superne advenientem, quapropter non prius Potestates operam suam in illo impendisse (ut operaretur miracula), quam visus fuerit descendens super illum Spiritus, quem Christum esse Theodotus declarat. Isti autem hæretici non tunc volunt eum factum esse Deum in adventu Sancti Spiritus; alii tamen post resurrectionem e mortuis (opinantur illum fuisse Deum).

VIII. ALIUS THEODOTUS.

36. Quum sic discrepent in inquisitionibus suis hæretici, ausus est homo quidam, Theodotus et ipse nomine et nummularius, dicere Potestatem quamdam penes Melchisedech maximam esse et majorem esse Christo. Cujus ad imaginem factum Christum fuisse contendunt hujusce Theodoti discipuli, et ipsi in sententiam euntes supradictorum Theodotianorum addunt hominem esse Jesum, jam secundum eandem doctrinam Christum super eum descendisse.

Gnosticorum autem variæ sunt doctrinæ, quarum dedignatus sum enu-

1-2. ἢ ὥστε cod. pro ἢ ὅτε corr. Mill. nis, cf. Tertull. *Præscr.* c. LIII; B. Epiph. — 3. οὐδέποτε τοῦτον cod. Mill. — αὐτὸν *Hæret. c. LV*; Theod. *Hæret. fab.* II, c. VI. cod.; οὗτοι conj. Mill. — CAP. VIII, tit. — 6. πεχείρησε cod. — 13. [αἱ] addidi. De hoc Theodoretō et de Melchisedechia — Mill. conj. εἰσι γινῶμαι.

τὰς Φλυάρους δόξας ἐκρίναμεν οὐσας πολλῆς ἀλογίας τε καὶ βλασφημίας γεμούσας, ἧν πᾶννυ σεμνότεροι περὶ τὸ Θεῖον οἱ φιλοσοφῆσαντες ἀφ' Ἑλλήνων ἠλέγχθησαν. Πολλῆς δὲ τούτων συστάσεως κακῶν αἴτιος γεγένηται Νικόλαος, εἰς τῶν ἐπὶ εἰς διακονίαν ὑπὸ
 5 τῶν ἀποστόλων κατασλαθεῖς, ὃς ἀποστὰς τῆς κατ' εὐθεΐαν διδασκαλίας, ἐδίδασκεν ἀδιαφορίαν βίου τε καὶ βρώσεως, οὗ τοὺς μαθητὰς ἐνυβρίζοντας τὸ Ἅγιον Πνεῦμα διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννης ἠλεγχε πορνεύοντας καὶ εἰδωλόθυτα ἐσθίοντας ⁽²⁵⁹⁾.

Θ'. Κέρδων καὶ Λουκιανός.

37. Κέρδων δὲ τις καὶ αὐτὸς ἀφορμὰς ὁμοίως παρὰ τούτων λα-
 10 βῶν καὶ Σίμωνος, λέγει τὸν ὑπὸ Μωσέως καὶ προφητῶν Θεὸν κεκρηυγμένον μὴ εἶναι πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τοῦτον μὲν γὰρ ἐγνώ-

merare sententias nugaces absurdasque et blasphemias refertas; præ quibus quidem philosophorum græcorum discipuli de Deo disserentes dignius sese habuerunt. Magnæ vero malorum conspirationis auctor fuit Nicolaus, unus e septem diaconis quem apostoli constituere, qui discedens a vera disciplina edocuit indifferentiam vitæ et cibi. Cujus discipuli quum Spiritui Sancto injuriam facerent, confutavit eos Joannes per Apocalypsim, et coarguit fornicantes et idolis oblata manducantes.

IX. CERDON ET LUCIANUS.

37. Quidam autem Cerdon originem similiter ducens ab istis et a Simone, dicit illum Deum a Moyse et a prophetis nuntiatum non esse patrem Jesu

1. πολλῆς ἀλογίας Ræp.; πολλὰς ἀλόγους cod. Mill. — 2. σεμνότερον cod. — πρὸς legit Bunsen. pro περὶ. — 3. ἠλέγχθησαν Ræp.; ἠνέχθησαν cod. Mill. — τούτων] αὐτῶν cod.; αὐτῶν Bunsen.; αὐτοῖς Dunck. — 4. De Nicolao, conf. B. Iren. I, c. xxvi, Tert. *Præscr.* c. xlvi; B. Epiph. *Hær.* c. xxv; Euseb. *Hist. eccl.* III, c. xxix; Theod. *Hær. fab.* I, c. xv; B. Aug. *Hær.* c. v. — 6. γνώσεως cod. Legendum βρώσεως quod etiam Buns. conj. (*Hipp. and his age*, p. 378). Conf. infra, l. VIII, § 20: διὰ βρωμάτων δοξάζειν; B. Iren.

habet: «Nullam differentiam esse docentes in mæchando et idolothyton edere.» — 7. ἐνυβρίζον τὸ cod. — Ἰωάννου cod. B. Jo. *Apoc.* II, 6. — CAP. IX, tit. De Cerdone lege B. Iren. I, c. xxvii; Eus. *Hist. eccl.* IV, c. 11, ubi leguntur ipsa græca verba Irenæi; B. Epiph. c. xli; Theod. *Hær. fab.* I, c. xxiv; Philas. c. xlii. De Luciano lege Tertull. *Præscr.* c. li; contra eum idem scripsit lib. *De anima*; B. Epiph. *Hær.* c. xliii. — 9 sqq. Noster rursus Irenæum exscripsit, nonnullis mutatis.

σθαι, τὸν δὲ τοῦ Χριστοῦ πατέρα εἶναι ἄγνωστον· καὶ τὸν μὲν εἶναι δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθόν. Τούτου δὲ τὸ δόγμα ἐκράτυνε Μαρκίων, τὰς τε Ἀντιπαραθέσεις ἐπιχειρήσας, καὶ ὅσα αὐτῷ ἔδοξεν εἰς τὸν τῶν ἀπάντων δημιουργὸν δυσφημήσας. Ὁμοίως τε καὶ Λουκιανὸς ὁ τούτου μαθητής.

5

ι'. Ἀπελλῆς.

38. Ἀπελλῆς δὲ ἐκ τούτων γενόμενος οὕτως λέγει· εἶναι τινα Θεὸν ἀγαθόν, καθὼς καὶ Μαρκίων ὑπέθετο· τὸν δὲ πάντα κτίσαντα εἶναι δίκαιον, ὃς τὰ γενόμενα ἐδημιούργησε, καὶ τρίτον τὸν Μωσεῖ λαλήσαντα, πύρινον δὲ τοῦτον εἶναι· εἶναι δὲ καὶ τέταρτον ἕτερον, κακῶν αἴτιον. Τούτους δὲ ἀγγέλους ὀνομάζει, νόμον δὲ καὶ προφή- 10
τας δυσφημεῖ, ἀνθρώπινα καὶ ψευδῆ φάσκων εἶναι τὰ γεγραμμένα· τῶν δὲ Εὐαγγελίων ἢ τοῦ ἀποστόλου τὰ ἀρέσκοντα αὐτῷ αἰρεῖται. Φιλουμένης δὲ τινος λόγοις προσέχει ὡς προφήτιδος Φανερώσεσι.

Christi, illum enim cognosci, hunc autem esse ignotum, et alterum quidem justum, alterum autem bonum esse. Cujus doctrinam confirmavit Marcion aggressus opus cui titulus est *Antitheses*, et impia omnia quæ illi in mentem venerunt contra omnium rerum creatorem deblaterans. Similiter egit et Lucianus, ejus discipulus.

X. APELLES.

38. Apelles autem ex istis ortus sic loquitur: esse quemdam Deum bonum, ut Marcion opinatus est; illum autem omnia constituentem esse justum, qui quidem omnia creata coordinavit; et tertium qui ad Moysem locutus est, illumque esse igneum, esse autem et quartum alium, malorum auctorem. Hos angelos vocat; legem et prophetas obtrectat, humana esse et fallacia dicens quæ in Scripturis continentur; ex Evangeliiis autem et ex B. Pauli epistolis quæ sibi placent excerpt. Philumenæ cujusdam sermonibus veluti

3. Ἀντιπαραθέσεις. Legendum conjunctio Ἀντιθέσεις, quo titulo inscriptus est liber quem Marcio effinxerat de locis Veteris et Novi Testamenti inter se discrepantibus. — 4. δυσφημίας cod. — CAP. x, tit. De Apelle lege Tertull. *Præscr.* VI, c. xxx, li; Euseb. *Hist. eccl.* V, c. xlii;

B. Epiph. *Hær.* c. xlii; Theod. *Hær. fab.* I, c. xxv; B. Aug. *Hær.* c. xxiv; B. Ambr. *Parad.* c. v. — 6. Ἀπελλῆς cod. — 13. Φανερώς cod. Correxī ex Tertull. *Præscr.* c. xxx, et ex hujus operis lib. X, c. xx; titulus erat libri quem scripserat Apelles.

Τὸν δὲ Χριστὸν ἐκ τῆς ὑπερθεν δυνάμεως κατεληλυθῆναι, τουτέστι τοῦ ἀγαθοῦ, κάκεινου αὐτὸν εἶναι υἱόν, τοῦτον δὲ οὐκ ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, οὐδὲ ἄσαρκον εἶναι [τὸν] φανέντα λέγει, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας μεταλαμβάντα μερῶν, σῶμα πεποιηκέναι, τουτέστι

5 Φερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ ἐν τούτῳ τῷ σώματι λαθόντα τὰς κοσμικὰς ἐξουσίας βεβιωκέναι ὃν ἐβίωσε χρόνον ἐν κόσμῳ· αὐθις δὲ ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνασκολοπισθέντα θανεῖν, καὶ μετὰ

10 τρεῖς ἡμέρας ἐγερθέντα φανῆναι τοῖς μαθηταῖς, δείξαντα τοὺς τύπους τῶν ἡλῶν καὶ τῆς ⁽²⁶⁰⁾ πλευρᾶς, πείθοντα ὅτι αὐτὸς εἶη καὶ οὐ φάντασμα, ἀλλὰ ἔνσαρκος ἦν. Σάρκα, φησί, δείξας ἀπέδωκε γῆ, ἐξ ἧσπερ ἦν οὐσίας, μηδὲν ἀλλότριον πλεονεκτῶν, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν χρησάμενος· ἐκάστοις τὰ ἴδια ἀπέδωκε, λύσας πάλιν τὸν δεσμὸν τοῦ σώματος, Φερμῶ τὸ Φερμόν, ψυχρῶ τὸ ψυχρόν, ὑγρῶ τὸ ὑγρόν, ξηρῶ τὸ ξηρόν, καὶ οὕτως ἐπορεύθη πρὸς τὸν ἀγαθὸν πα-

15 τέρα, καταλιπὼν τὸ τῆς ζωῆς σπέρμα εἰς τὸν κόσμον διὰ τῶν μαθητῶν τοῖς πιστεύουσι.

prophetissæ Manifestationibus studiose incumbit. Christum autem ex superna Potestate descendisse, id est ex bono Deo, et hujusce esse filium, non autem ex virgine natum, nec tamen carnis expertem apparuisse dicit, sed assumpsisse diversas universi mundi partes, scilicet aliquid calidum et frigidum et humidum et siccum, et finxisse corpus atque in hoc corpore potestates hujus mundi recipientem vixisse quod tempus degit in hoc mundo; inde a Judæis crucifixum, mortuum esse sed post tres dies resurrexisse et apparuisse discipulis ostendentem signa clavorum et vulnus lateris et eis persuasisse seipsum vere adesse ac non phantasma sed in carne adesse. Carnem, ait, quum ostendisset, reddidit terræ ex qua substantia erat, nihil alienum appetens et corpore solum in tempus idoneum usus. Soluta vinculo corporis quibusque elementis sua reddidit, calido calidum, frigido frigidum, humido humidum, sicco siccum, et ita vadit ad bonum patrem suum ac reliquit pro mundi salute semen vitæ quod omnibus credentibus discipuli essent illaturi.

3. [τὸν] addid. Dunckerus. — 6. λα- p. 385, l. 12. — 11. ἀλτρίον cod. pro
θόντα cod.; λαβόντα Miller. Conf. supra, ἀλλότριον.

39. Δοκεῖ ἡμῖν καὶ ταῦτα ἰκανῶς ἐκτεθεῖσθαι · ἀλλ' ἐπεὶ μηδὲν παραλιπεῖν ἀνέλεγκτον ἐκρίναμεν τῶν ὑπὸ τινῶν δεδογματισμένων, ἴδωμεν τί καὶ τὸ τοῖς Δοκῆταις ἐπινενοημένον.

39. Videmur hæc etiam satis exposuisse. Sed quoniam censuimus nihil sine refutatione a nobis prætermittendum ex his quæ docuerunt hæretici, videamus nunc quæ excogitaverint Docetæ.

3. τὸ τῆς cod.

(261) BIBΛION Η΄.

1. Τάδε ἔνεσιν ἐν τῇ ὀγδόῃ τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων Ἐλέγχου.
2. Τίνα τοῖς Δοκῆταις τὰ δοκοῦντα, καὶ ὅτι ἐκ Φυσικῆς Φιλοσοφίας ἃ λέγουσιν ἐδογματίσαν.
3. Πῶς ὁ Μονόϊμος ληρεῖ ποιηταῖς καὶ γεωμέτραις καὶ ἀριθμη-
5 τικοῖς προσέχων.
4. Πῶς Τατιανὸς γεγένηται ἐκ τῶν Οὐαλεντιανοῦ καὶ Μαρκίω-
νος δοξῶν [τὰς] ἑαυτοῦ συνιστῶν. Ὁ δὲ Ἐρμολογένης τοῖς Σακρατούς
δόγμασι κέχρηται, οὐ τοῖς Χριστοῦ.
5. Πῶς πλανῶνται οἱ τὸ Πάσχα τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐπιτε-
10 λεῖν φιλονεικοῦντες.
6. Τίς ἢ πλάνη τῶν Φρυγῶν, νομιζόντων Μοντανὸν καὶ Πρι-
σκίλλαν καὶ Μαξιμίλλαν προφήτας.

LIBER VIII.

1. Hæc insunt in octavo omnium hæresium Refutationis libro :
2. Quæ sint Docetarum placita et quomodo ea quæ docent ex philoso-
phia physica deprompserint.
3. Quæ inepta Monoimus effutiat poetis et geometris et mathematicis
addictus.
4. Quomodo Tatianus hæreticus ortus sit ex scholis Valentini et Marcionis.
ex eorum doctrina suam constituens. Quomodo Hermogenes Socratis dog-
matibus usus sit, non doctrina Christi.
5. Quomodo errent illi qui contendunt oportere solennitatem Paschæ
quarto decimo die lunæ celebrari.
6. Qualis sit error Cataphrygum existimantium Montanum et Priscillam
et Maximillam prophetas esse.

4. ὁ μὲν Νόϊμος cod. pro Μονόϊμος. — στᾶν cod.; δόξας ἑαυτῷ συνιστῶν conj.
ληροῖ cod. Mill. — 6. Mill. conj. αἱρετι- Miller.; δοξῶν τὰς ἑαυτοῦ συνιστῶν Ræ-
πὸς γεγένηται. — 7. δόξας ἑαυτὸν συνι- perus.

7. Τίς ἢ τῶν Ἐγκρατιτῶν κενοδοξία, καὶ ὅτι οὐκ ἐξ Ἁγίων Γραφῶν τὰ δόγματα αὐτῶν συνέστηκεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν παρ' Ἰνδοῖς Γυμνοσοφιστῶν.

α'. Οἱ Δοκῆται.

8. Ἐπεὶ οἱ πολλοὶ τῆ τοῦ Κυρίου συμβουλία μὴ χρώμενοι, τὴν δοκὸν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἔχοντες, ὁρᾶν ἐπαγγέλλονται⁽²⁶²⁾ τυφλώτιν- 5
τες, δοκεῖ ἡμῖν μηδὲ τὰ τούτων δόγματα σιωπᾶν, ὅπως κἂν διὰ τοῦ ὑφ' ἡμῶν γινομένου ἐλέγχου πρὸς αὐτῶν αἰδεσθέντες ἐπιγνώσι πῶς συνεβούλευσεν ὁ Σωτὴρ ἐξαιρεῖν τὴν δοκὸν πρῶτον, εἶτα διαβλέπειν τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ. Αὐτάρκως οὖν καὶ ικανῶς ἐκθέμενοι τὰ τῶν πλειόνων ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἐπίδα, νῦν 10
τὰ ἀκόλουθα οὐ σιωπήσομεν, τὸ ἄφθονον τῆς χάριτος τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐπιδεικνύντες, καὶ αὐτοὺς τῷ δοκεῖν ἀσφάλειαν λόγων

7. Quæ sit Encratarum vana doctrina, et quomodo dogmata sua non ex Scriptura mutuati constituerint, sed ex ipsis et e Gymnosophistis apud Indos.

I. DE DOCETIS.

8. Quum multi consilio Domini non obtemperantes et trabem in oculo suo habentes profiteantur se videre dum cæcutiant, nobis videntur dogmata eorum non esse silentio prætermittenda, ita ut a nobis confutati pudore afficiantur et ideo agnoscant quod suasit Salvator noster, scilicet primum extrahere trabem et deinde inspicere paleam in oculo fratris. Satis igitur et abunde expositis plurimorum dogmatibus in septem quæ præcedunt libris, nunc de consequentibus non silebimus, ostendentes plenitudinem charitatis Spiritus Sancti, et arguemus eos videri solummodo veram doctri-

1. Ἐγκρατιτῶν cod. Miller. — Post ὅτι cod. habet ἐξ αὐτῶν καὶ, quæ delenda censet Mill.; at e suo loco deturbata reposui post ἀλλὰ. — CAP. 1, tit. De Docetis, cf. B. Iren. *Cont. hæ.* V, c. 1; Theod. *Hær.* *fab.* V, c. XII; Clem. Alex. *Strom.* III, qui

Julium Cassianum tradit, Valentini discipulum, principem Docitarum fuisse. — 5. ἐπαγγέλλονται cod. — 5 sqq. Conf. Ev. sec. Matth. VII, 3, 4; Ev. sec. Luc. VI, 41, 42. — 12. τοὺς cod. Millerus pro αὐτοὺς.

κεκτῆσθαι ἐλέγξομεν, οἱ ἑαυτοὺς Δοκητὰς ἀπεκάλεσαν δογματίζον-
 τες ταῦτα· Θεὸν εἶναι τὸν πρῶτον, οἷον εἰ σπέρμα συκῆς μεγέθει μὲν
 ἐλάχιστον παντελῶς, δυνάμει δὲ ἄπειρον, μέγεθος ἀνήριθμον ἐν
 πλῆθει, πρὸς γένεσιν ἀπροσδεές, φοβουμένων καταφυγή, γυμνῶν
 5 σκέπη, αἰσχύνῃς ἐπικάλυμμα, ζητούμενος καρπός, ἐφ' ὃν ἦλθεν ὁ
 ζητῶν, φησί, τρίς καὶ οὐχ εὔρε, διὸ κατηράσατο, φησί, τῇ συκῇ,
 ὅτι τὸν γλυκὺν ἐκείνου καρπὸν οὐχ εὔρεν ἐν αὐτῇ, καρπὸν ζητού-
 μενον. Τοιοῦτου δὲ ὄντος ὡς εἶπεῖν τύπῳ καὶ τηλικούτου, μικροῦ
 καὶ ἀμεγέθους, κατ' ἐκείνους τοῦ Θεοῦ γέγονεν ὁ κόσμος, ὡς ἐκεί-
 10 νοις δοκεῖ, τοιοῦτον τινὰ τρόπον· ἀπαλῶν γενομένων τῶν κλάδων
 τῆς συκῆς, προῆλθε φύλλα, ὡσπερ ἐστὶν ὀρώμενον, ἐπομένως δὲ ὁ
 καρπός, ἐν ᾧ τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἀνεξαρτίμητον Ψησαυριζόμενον
 φυλάσσεται σπέρμα συκῆς. Τρία οὖν εἶναι δοκοῦμεν τὰ πρῶτως

nam possidere qui seipsos Docetas vocant edocentque ista, nempe : Deum
 esse principium et similem semini fici, quod omnino minimum est, si magni-
 tudinem ejus inspicias, et, si virtutem, maximum est, sed cujus magnitudo
 immensa apparet in multitudine, et quod ad generationem nihilo indiget et
 est metuentibus refugium et nudis tegumentum et pudori velamen, et fruc-
 tus quæsitus ad quem venit ter dominus ad quærendum fructum, ut dic-
 tum est, et non invenit, et ideo, ut dictum est, maledixit fico quod dulcem
 illum fructum non invenerit in ea, fructum quidem quæsitum. A Deo tali,
 ut brevi complectar, et tantillo, id est parvo et sine magnitudine, secun-
 dum eos mundus ortus est, et, ut illis videtur, hoc fere modo : mollibus factis
 fici ramis, provenerunt folia, ut cernitur, et deinde fructus, in quo infinitum
 et innumerabile thesaurisatur et servatur fici semen. Tria igitur esse cen-

1. Post κεκτῆσθαι excidisse οἰομένους
 conj. Miller. — οἷς cod. pro οἱ. — 2. τὸ
 πρῶτον conj. Millerus; at infra legimus
 eadem repetita εἶναι τὸν πρῶτον Θεόν
 (lib. X, c. xvi). — οἷον cod. — 3. δυνά-
 μει δὲ ταπεινόν cod. Miller. Legendum
 ἄπειρον pro ταπεινόν. Duncker. legit δυ-
 νάμει δὲ ἄπειρον, ταπεινὸν μέγεθος. At
 noster jam dixit μεγέθει ἐλάχιστον. Non
 prorsus addiderit ταπεινὸν μέγεθος. —
 4-5. καταφυγήν — σκέπην Saupprius; ἐπι-

κάλυμμα cod.; ζητούμενον καρπὸν Saup-
 prius. — 6. Pro τρίς Ræp. legit κύριος. At
 legimus in Ev. sec. Luc. : «Ecce anni tres
 «sunt ex quo venio quærens fructum»
 (xii, 7). — 6 sqq. Ev. sec. Matth. xxi,
 19-20; Ev. sec. Luc. xiii, 6-7; Ev. sec.
 Marc. xi, 13, 14, 20, 21. — 7-8. καρπὸν
 ζητούμενον.] Miller. legit ζητούμενον vel
 τὸν ζητούμενον, quæ delet Saupp. — 8-9.
 τόπῳ et καὶ μεγέθους cod. — 9-10. κατ'
 ἐκείνους vel ὡς ἐκείνοις δοκεῖ delenda.

ὑπὸ τοῦ σπέρματος γενόμενα τοῦ συκίνου, πρέμνον, ἔπερ ἐσίην ἢ
 συκῆ, φύλλα καὶ καρπὸς τὸ σῦκον, ὡς προειρήκαμεν. Οὕτως, φησί,
 τρεῖς γεγόνασιν Αἰῶνες, ἀπὸ τῆς πρώτης⁽²⁶³⁾ ἀρχῆς τῶν ὄλων ἀρχαί·
 καὶ τοῦτο, φησίν, οὐκ ἐσιώπησεν οὐδὲ Μωϋσῆς λέγων, ὅτι οἱ λόγοι
 τοῦ Θεοῦ τρεῖς εἰσίν, «σκοτός, γνόφος, Θύελλα, καὶ οὐ προσέ- 5
 «θηκεν.» Οὐδὲν γάρ, φησίν, ὁ Θεὸς τοῖς τρισὶ προσέθηκεν Αἰῶσιν,
 ἀλλ' αὐτοὶ πάντα τοῖς γεννητοῖς παῶσιν ἐπήρκεσαν καὶ ἐπαρκοῦσι.
 Μένει δὲ ὁ Θεὸς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν πολὺ τῶν τριῶν Αἰώνων κεχω-
 ρισμένος. Τούτων, φησί, τῶν Αἰώνων ἀρχὴν γενέσεως λαβὼν, ὡς
 λέλεκται, [ἕκαστος] κατ' ὀλίγον ἠῤῥησε καὶ ἐμεγαλύνθη καὶ ἐγένετο 10
 τέλειος. Τὸ δὲ τέλειον εἶναι δοκοῦσιν ἀριθμούμενον δέκα. Ἰσῶν οὖν
 γεγονότων ἀριθμῶ καὶ τελειότητι τῶν Αἰώνων, ὡς ἐκεῖνοι δοκοῦσι,
 τριάκοντα γεγόνασιν αἰῶνες οἱ πάντες, ἕκαστος αὐτῶν ἐν δεκάδι
 πληρούμενος. Εἰσὶ δὲ ἀλλήλων διαίρετοι καὶ τιμὴν ἔχοντες οἱ τρεῖς
 πρὸς ἑαυτοὺς μίαν, Θέσει μόνῃ διαφέροντες, ὅτι τὸ μὲν ἔστι πρῶ- 15
 τον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τούτων τρίτον. Ἡ δὲ Θέσις αὐτοῖς δια-

semus (aiunt) ex semine fici producta primitus : stirpem, quæ est ficus, folia et fructus fici, ut supra diximus. Ita, inquit (Doceta scriptor), tres nati sunt Æones, ex primo principio universorum principia. Et istud, ait, neque Moyses silentio prætermisit dicens verba Dei tria esse : «Caliginem, «nubem et procellam, et nihil addidisse.» Nihil, inquit, Deus his tribus addidit Æonibus, at illi omnia omnibus qui nascuntur suppeditaverunt et suppeditant. Manet autem Deus ipse in seipso a tribus Æonibus maxime distans. Horum, addit, Æonum principio generationis assumpto, ut jam dictum est, quisque paulatim crevit et auctus est et evasit perfectus. Perfectum autem esse existimant Docetæ in numero decem. Quum igitur creati Æones æquales sint numero et perfectione, ut isti hæretici existimant, triginta effecti sunt Æones omnes, quorum quisque in decade consummatus est. Sunt autem a se invicem discreti et tres unum eundem honorem retinent, loco tantum differentes, quod alius primus sit, alius autem secundus et alius

2. οὗτος cod.; οὔτοι R. Scottus conjicit. ἕκαστος recte conjicit. — 12. ἀριθμῶν
 — 5. Deuter. v, 22. — Θύελα cod. — 10. cod. — 14. διαιρετικοὶ cod. corr. Mil-
 Ante κατ' ὀλίγον Dunckerus inserendum lerus.

φορὰν δυνάμεως παρέσχεν· ὁ μὲν γὰρ ἔγγιστα τῷ πρώτῳ Θεῷ, τῷ οἰονεὶ σπέρματι, Θέσεως τυχὼν τῶν ἄλλων γονιμωτέραν ἔσχε δύναμιν, δεκάκις αὐτὸς αὐτὸν μεγέθει μετρήσας ὁ ἀμέτρητος· ὁ δὲ τῇ Θέσει τοῦ πρώτου γενόμενος δεύτερος, ἑξάκις [αὐτὸς] αὐτὸν
 5 κατέλαβεν ὁ ἀκατάληπτος· ὁ δὲ ἤδη τρίτος τῇ Θέσει, εἰς ἄπειρον διάσπλιμα διὰ τὴν αὐξήσιν τῶν ἀδελφῶν γενόμενος, τρις νοήσας ἑαυτὸν, οἰονεὶ δεσμὸν τινα τῆς ἐνότητος αὐτὸν ἔδησεν αἰώνιον.

9. Καὶ τοῦτο εἶναι δοκοῦσιν οὗτοι τὸ λελεγμένον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· «Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι, καὶ [τὸ] πεσὼν εἰς τὴν γῆν
 10 «καλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐποίει ὃ μὲν ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριά-
 «κοντα.» Καὶ διὰ τοῦτο ⁽²⁶⁴⁾ εἶρηκε, φησὶν, «Ὁ ἔχων ὅσα ἀκούειν
 «ἀκούετω,» ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστι πάντων ἀκούσματα. Οὗτοι πάντες οἱ Αἰῶνες οἳ τε τρεῖς καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν ἀπειράκις ἄπειροι πάντες, εἰσὶν Αἰῶνες ἀρσενοθήλυες. Αὐξηθέντες οὖν καὶ μεγαλυθέντες καὶ
 15 γενόμενοι οὗτοι πάντες ἐξ ἑνὸς ἐκείνου τοῦ πρώτου σπέρματος τῆς

tertius. Illis vero locus diversam virtutem præbuit. Ille enim qui propiorem ad primum Deum nactus est locum, habuit virtutem magis prolificam quam cæteri, et quum esset immensus seipsum decies magnitudine mensus est. Ille autem qui secundum, post primum, locum obtinuit sexies seipsum comprehendit, quum ipse comprehendi non posset. Denique qui tertius erat loco, propter amplificationem fratrum, infinito intervallo distitit, et ter concipiens seipsum, quasi vinculo quodam unitatis se ligavit æternum.

24. Si quis criminis alicujus reus apprehenditur eorum ex ordine ejicitur. Qui autem ejectus est aliquando mortem diram obit. Nam juramentis et ritibus obligatus ne aliorum quidem escis uti potest. Unde evenit ut interdum fame intereant. Quamobrem ipsi miserati sunt plurimos extrema jam patientes, pro peccatis satis pœnarum, quod ad mortem accesserint, dedisse arbitrati.

25. Judicia autem accuratissime exercent et juste, et judicant quidem centeni ad minimum congregati. Quod vero ab iis semel decretum fuerit

4. Porphyr. et Euseb. παρέλαβεν. Josephus addit: ἀφέξεσθαι δὲ ληστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως τὰ τε τῆς αἰρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἀγγέλων ἠνόματα. — 6. Litteras uncis inclusas supplevit Miller. — 6-7. Josephus: ἐκβάλλουσι τοῦ τάγματος. — 7. Cod. habet τοῦ δόγματος pro τάγματος. — Joseph.: ἐκκριθεὶς, οἰκτίστω πολλάκις μὲν διαφθείρε-

ται. — 8. Vox οὐδὲ pæne tota periit. Millerus. — 10. Cod. . . .εν pro ὅθεν, cui voci duæ litteræ desunt. Deinde cod. ἐλεῶσι pro ἐλεοῦσι; corr. Mill.— 11. αὐτῶ ἱκανὴν cod. Lege ἱκανὴν αὐτοῖς τὴν; Jos.: ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς ἀμαρτήμασιν αὐτῶν τὴν μέχρι θανάτου βάσανον ἡγούμενοι. — 13. Cod. ἀπ' αὐτῶν pro ὑπ' αὐτῶν corr. Millerus.

νητον. Τιμῶσι δὲ τὸν νομοθέτην [μάλιστα] μετὰ τὸν Θεόν, καὶ εἴ τις
 εἰς τοῦτον βλασφημήσειε, κολάζεται. Τοῖς δὲ ἄρχουσι καὶ πρεσβυ-
 τέροις ὑπακούειν διδάσκονται· εἰ δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ δέκα καθέζονται,
 οὐ λαλήσει εἷς, εἰ μὴ τοῖς ἐννέα δόξει. Καὶ τὸ πλύσαι δὲ εἰς μέσον
 καὶ τὸ δεξιὸν μέρος φυλάττονται· τὸ δὲ τῷ σαββάτῳ ἀπέχεσθαι 5
 ἔργου φροντίζουσι μᾶλλον πάντων Ἰουδαίων. Οὐ μόνον γὰρ τροφὰς
 αὐτοῖς παρασκευάζονται [πρὸ] μιᾶς ἡμέρας, πρὸς τὸ μὴ πῦρ ἄπλειν,
 ἀλλ' οὐδὲ σκεῦος μετατιθέασιν οὐδὲ ἀποπατίζουσι. Τινὲς δὲ οὐδὲ κλινι-
 δίου χωρίζονται. Ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις, ἐπὶν ⁽³⁰³⁾ ἀποπατίσαι θέ-
 λουεν, βόθρον ὀρύξαντες ποδιαῖον τῇ σκαλίδι (τοιούτου γὰρ ἐστὶ τὸ 10
 ἀξινάριον ὃ τοῖς προσιούσι μαθητεύεσθαι πρῶτως διδάσκει), καὶ πε-
 ρικαλύψαντες τὸ ἱμάτιον ἰζάνουσι, φάσκοντες μὴ δεῖν ὑβρίζειν τὰς
 αὐγάς, ἔπειτα τὴν ἀνασκαφεῖσαν γῆν ἐπεμβάλλουσι εἰς τὸν βόθρον,
 καὶ τοῦτο ποιούσιν ἐκλε[γόμενοι] [τοὺς] ἐρημοτέρους τόπους. Ἐπὶν

fixum manet et immobile. Legislatorem venerantur maxime post Deum et
 mulctatur quicumque ei maledixerit. Præsidentibus et senioribus obtempe-
 rare docentur; quum vero decem consederint, nullus loquitur nisi novem
 assenserint. Cavent etiam in medium eorum vel in dexteram partem ex-
 spuere; et sabbatis manum operi admovere fugiunt maxime omnium Ju-
 daeorum. Nam non solum pridie ejus diei cibum sibi præparant, ut sab-
 bato ignem non accendant, sed neque vas ullum loco movent nec alvum
 exonerant. Quidam neque e lectulo egrediuntur. Aliis autem diebus, quum
 alvum exonerare volunt, scrobem ad unius pedis altitudinem sarculo exca-
 vantes (datur enim ejusmodi securicula iis qui recens admissi sunt) cir-
 cumtegunt eam amiculo ne, ut dicunt, Dei radiis injuriam faciant, deinde
 effossam terram in scrobem retrahunt, idque faciunt loca secretiora de-

1. [μάλιστα] addidi quod est in Jos.
 — 2. βλασφημήσει cod. corr. Miller. —
 5 sqq. Joseph. : καὶ ταῖς ἐβδομάσιν ἔργων
 ἐφάπτεσθαι, διαφορώτατα Ἰουδαίων ἀπάν-
 των. — 7. [πρὸ] add. quod deerat; Jos. :
 πρὸ μιᾶς ἡμέρας. — Joseph. : ὡς μηδὲ πῦρ
 ἐναύουεν. — 8. ἀποπατίζειν recentior
 forma est quæ deest in lexicis. Jos. ha-

bet ἀποπατεῖν. — 9-10. Ἐπὶν.... θέ-
 λουεν, hæc non habet Joseph. Malim ἀπο-
 πατῆσαι quam ἀποπατίσαι. Mill. — 11-
 12. Joseph. : περικαλύψαντες θοιματίῳ.
 — 13. Joseph. : τὴν ἀνορυχθεῖσαν γῆν
 ἐφέλκουσιν εἰς τὸν βόθρον. — 14 et
 p. 464, l. 1-3. Uncis inclusa prorsus
 ablata sunt in codice. Millerus.

δὲ τοῦτ[ο ποιήσωσ]ιν, εὐθὺς ἀπολούνται ὡς μαινοῦσης τῆς ἐκ-
κρίσεως.

26. Διήρηνται δὲ [κα]τὰ [χρ]όνον καὶ οὐχ ὁμοίως τὴν ἀσκησιν
Φυλάττουσιν, εἰς τέσσαρα μέρη διαχωρισθέντες. Ἐτεροὶ γὰρ αὐτῶν
5 τὰ ὑπὲρ τὸ δέον ἀσκοῦσιν, ὡς μὴδὲ νόμισμα βασιάζειν, λέγοντες
μὴ δεῖν εἰκόνα ἢ φέρειν, ἢ ὄραῖν, ἢ ποιεῖν. Διὸ οὐδὲ εἰς πόλιν τις
αὐτῶν εἰσπορεύεται, ἵνα μὴ διὰ πύλης εἰσέλθῃ, ἐφ' ἣ ἀνδριάντες
ἔπεισιν, ἀθέμιτον τοῦτο ἡγούμενοι τὸ ὑπὸ εἰκόνας παρελθεῖν. Ἐτε-
10 ροὶ δὲ ἐπὶ ἀκούσωσι τινὲς περὶ Θεοῦ διαλεγομένου καὶ τῶν τού-
του νόμων, εἰ ἀπερίτμητος εἴη, παραφυλάξαντες τὸν τοιοῦτον ἐν
τόπῳ τινὶ μόνον, φονεύειν ἀπειλοῦσι εἰ μὴ περιτμηθεῖ· ὅς εἰ μὴ
βούλοιο πείθεσθαι, οὐ φείδεται, ἀλλὰ καὶ σφάζει. Ὅθεν ἐκ τοῦ
συμβαίνοντος τὸ ὄνομα προσέλαβον, Ζηλωταὶ καλούμενοι, ὑπὸ τι-
νων δὲ Σικάριοι. Ἐτεροὶ δὲ αὐτῶν οὐδένα κύριον ὀνομάζουσι πλὴν
15 τὸν Θεόν, εἰ καὶ αἰκίζοιτό τις ἢ καὶ ἀναιροῖτο. Τοσοῦτον δὲ οἱ μετέ-
πειτα τῇ ἀσκήσει⁽³⁰⁴⁾ ἐλάττους γεγέννηται, ὥστε τοὺς τοῖς ἀρχαίοις

ligentes; quo effecto statim abluuntur haud secus ac si excretionē polluti fuissent.

26. Discreti sunt ratione temporis quo se in hac disciplina exercuerunt, quam non eodem modo custodiunt, in quatuor classes divisi. Alii quidem ultra quod est mandatum religiosi sunt, ita ut ne numisma quidem ferant; dicunt enim non licitum esse imaginem ferre, nec videre, nec fingere. Itaque nemo eorum civitatem ingredietur ne transeant per portas quibus statuæ impositæ sunt, nefas esse arbitrati sub statuas ire. Alii autem, si quemdam incircumcisum audiverint de Deo ejusque legibus loquentem, eum observabunt, eique soli deprehenso in quodam loco minabuntur mortem nisi circumcidatur. Quod si obtemperare nolit, non ignoscent atque eum jugulant. Inde nomen assumpserunt, vocati *Zelotæ*, a quibusdam autem *Sicariū*. Alii neminem dominum appellant præter Deum, nec si verberibus aut morte cogantur. Posteriores autem huic sectæ adscripti adeo inferiores disciplina æstimantur, ut eos non attingere velint qui priscos usus custodiunt; quos

1. ὡς μὴ αἰνούσης cod. — 4. Sequentia non habet Josephus. — 7. ἐφ' ἣν cod. — 11. ἀπειλεῖ pro ἀπειλοῦσι. — εἰμὶ cod. pro εἰ μὴ.
— 10. παραφυλάξας cod. pro παραφυ-

ἔθεσιν ἐμμένοντας μηδὲ προσψάειν αὐτῶν· ὧν εἰ ψάσαιεν, εὐθέως ἀπολούνται, ὡς τινος ἀλλοφύλου ψάσαντες. Εἰσὶ δὲ καὶ μακρόβιοι οἱ πλεῖστοι, ὥστε καὶ πλεόν ἑκατὸν ἔτεσι ζῆν. Φασὶν οὖν εἶναι αἴτιον τὸ τε τῆς ἄκρας θεοσεβείας, καὶ τὸ καταγνωσθῆναι [τοῦ] ἀμέτρως προσφέρεισθαι, ἐγκρατιστὰς εἶναι καὶ ἀοργήτους· 5
 θανάτου δὲ καταφρονοῦσι χαίροντες, ἠνίκα μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς τελευτῶσιν. Εἰ δὲ καὶ αἰκίζοιτό τις τοὺς τοιούτους, ἵνα ἢ τὸν νόμον δυσφημήσῃ, ἢ εἰδωλόθυτον φάγῃ, οὐ π[οι]ήσῃ, ὑπομένων θανεῖν καὶ βασάνους βασιάσαι, ἵνα τὸ συνειδὸς μὴ παρέλθῃ.

27. Ἐρῥώται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ὁ τῆς ἀναστιάσεως λόγος· ὁμο- 10
 λογοῦσι γὰρ καὶ τὴν σάρκα ἀναστίσασθαι καὶ ἔσεσθαι ἀθάνατον, ὃν τρόπον ἤδη ἀθάνατός ἐστὶν ἡ ψυχὴ· ἢν χωρισθεῖσαν νῦν ἔσθιν εἰς ἓνα χῶρον εὔπνου καὶ φωτεινὸν ἀναπαύεσθαι ἕως κρίσεως, ὃν χῶρον Ἕλληνας ἀκούσαντες Μακάρων νήσους ὠνόμασαν. Ἀλλὰ καὶ ἔτερα τούτων δόγματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων σφετερισάμενοι, ἰδίας 15

si tetigerint, statim ablutione utentur tanquam alienigenam tetigerint. Sunt longævi quidem plurimi ita ut ultra centesimum annum extendant ætatem. Cujus rei causam eam esse dicunt quod summa pietate Deum colant, intemperantiam cibi damnant et continentes sint et iræ expertes. Mortem vero læti contemnunt quod cum bona conscientia obeant. Quod si quis tales viros cruciabit, ut vel legi maledicant, vel idolis oblata manducant, non obtemperabunt, sed mortem et cruciatus patientur, ut conscientia non transgrediatur quæ mandata sunt a Deo.

27. Valuit etiam apud eos resurrectionis opinio. Confitentur carnem resurrectionem et immortalem fore eodem modo quo nunc anima immortalis est. Anima autem, quum nunc a corpore sejuncta est, in loco fulgido, ubi dulces zephyri spirant, requiescit usque ad judicium; quem locum Græci auditu sibi cognitum beatorum insulas vocaverunt. Sed alia quoque hujusce

1. πρὸς ψάσειν cod.; ψάσαιεν Saupp.; ψάσοιεν cod. Mill. — 2. Hæc leguntur apud Jos. — 3. ἐκτόν cod. — 4. καὶ τῶ cod. Mill. Dunck. — καταγνωσθῆ cod. Ex Josepho conjicio: φασὶν τούτου εἶναι αἴτιον κ. τ. λ. ut correxi. — 5. [τοῦ] addidi. —

8. ποιήσει] in cod. π..ήσει, duabus litteris ablatis. Mill. conj. πονήσει. — 12. ἔσθιν cod. Miller.; φασὶν Dunck. At ἔσθιν ἀναπαύεσθαι sincerum est. Vide infra ἔσθιν καταλαβεῖν, p. 480.

δόξας συνεσίησαντο. Ἐσίη γὰρ ἢ κατὰ τούτους ἄσκησις περὶ τὸ Θεῖον ἀρχαιοτέρα πάντων ἐθνῶν, ὡς δείκνυσθαι πάντας τοὺς περὶ Θεοῦ εἰπεῖν τετολημηκότας, ἢ περὶ τῆς τῶν ὄντων δημιουργίας, μὴ ἐτέρωθεν παρειληφέναι τὰς ἀρχὰς ἢ ἀπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς νομοθεσίας· ὧν μάλιστα Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς παρ' Αἰγυπλίοις τούτοις μαθητευθέντες παρέλαβον. Λέγουσι δὲ καὶ κρίσιν ἔσεσθαι καὶ τοῦ παντὸς ἐκπύρωσιν, καὶ τοὺς ἀδίκους κολασθήσθαι εἰσαεῖ. ⁽³⁰⁵⁾ Ἀσκεῖται δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ προφητεύειν καὶ προλέγειν τὰ ἐσόμενα.

10 28. Ἐσίη μὲν οὖν καὶ ἕτερον Ἐσσηνῶν τάγμα, τοῖς μὲν αὐτοῖς ἤθεσι καὶ διαίτη χρώμενοι, ἐνὶ δὲ τούτων ἐνδιαλάτλουσι τῷ γαμεῖν, δεινὸν τι λέγοντες δρᾶν τοὺς ἀ[πο]ποιήσαντας γάμου· πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βίου γίνεσθαι τοῦτο, καὶ μὴ δεῖν ἐκκόπτειν τὴν τῶν τέκνων διαδοχὴν φάσκοντες, ὡς εἰ πάντες τοῦτο φρονήσειαν, ἐκκοπήσε-
15 σθαι ῥαδίως τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων. Δοκιμάζουσι μέντοι τριετία τὰς γαμετάς· ἐπὶ δὲ τρεῖς καθαρθῶσιν, εἰς [πεῖρα]ν τοῦ δύνασθαι

sectæ dogmata nonnulli Græci furati suas constituerunt doctrinas. Est enim illorum disciplina de rebus divinis antiquior quam omnium gentium, ita ut promptum sit demonstrare omnes homines, qui de Deo ausi sunt dicere vel de universorum creatione, principia mutuatos esse ex Judæorum legibus, non aliunde. Quos inter præcipue Pythagoras et stoici, in Ægypto horum (Judæorum) facti discipuli, multa assumpserunt. Dicunt autem et iudicium fore et universi mundi combustionem, et injustos homines supplicia passuros æterna. Sunt autem inter eos qui futura prænoscere et prædicere student.

28. Est et alius Essenorum ordo qui iisdem moribus et ratione vitæ utuntur, sed una re discrepant quod nubent, veluti diri facinoris arguentes eos qui nuptias repudiant. Illud enim aiunt ad destructionem vitæ adhiberi et nefas esse successionem puerorum intercidere, et, si omnes in eadem sententiam iverint, facile excisum iri omne humanum genus. Verumtamen sponsas per triennium probant; quum autem ter purificatæ fuerint, ad ex-

3. τῆς περὶ cod. Mill. Lege περὶ τῆς. prorsus ablatis Mill. — 16. Uncis inclusa
— 11. ἐνδιαλάτλουσι cod. — 12. λέγον- suppleta ex Josepho.
τος cod. — ἀ[πο]ποιήσαντες litteris πο

τίκτειν, οὕτως ἄγονται. Ταῖς ἐγκύμοσιν οὐχ ὀμιλοῦσιν, ἐπιδεικνύμενοι τὸ μὴ δι' ἡδονὴν γαμεῖν, ἀλλὰ διὰ τέκνων χρεῖαν. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἀπολούονται καὶ αὐταὶ ἐπένδυμα ἐνδύμεναι λινοῦν, ὃν τρόπον οἱ ἄνδρες τὰ περιζώματα. Ταῦτα μὲν οὖν [τὰ] κατὰ Ἐσσηνοῦς.

Ἄτεροι δὲ καὶ αὐτοὶ τῶν Ἰουδαίων ἐθνῶν ἀσκηταὶ καὶ κατὰ γένος καὶ κατὰ νόμους Φαρισαῖοι καλούμενοι, ὧν τὸ μὲν πλεῖστον μέρος ἐστὶ κατὰ πάντα τρόπον, πάντων μὲν Ἰουδαίων καλουμένων, διὰ δὲ τὰς ἰδίως δοξαζόμενας γνώμας ὀνόμασι κυρίοις ἐπικαλουμένων. Οὗτοι μὲν οὖν τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν διακρατοῦντες, ἐπὶ τοῖς κατὰ νόμον καθαροῖς καὶ μὴ καθαροῖς ἐπιεικῶς ἐξετάζοντες διαμέ- 10
νουσι· τὰ τε τοῦ νόμου ἐρμηνεύουσι, διδασκάλους εἰς ταῦτα προ-
βιβάζοντες. Οὗτοι εἰμαρμένην εἶναι λέγουσι, καὶ τινὰ μὲν κατ' ἐξου-
σίαν εἶναι, τινὰ δὲ κατὰ τὴν ⁽³⁰⁶⁾ εἰμαρμένην, ὡς τινὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν,
τινὰ δὲ τῆς εἰμαρμένης· Θεὸν δὲ πάντων εἶναι αἷτιον, καὶ μηδὲν
ἄνευ Φελημάτος αὐτοῦ διοικεῖσθαι ἢ συμβαίνειν. Οὗτοι καὶ σαρκὸς 15
ἀνάσλασιν ὁμολογοῦσι καὶ ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κρίσιν ἐσομένην

plorandum possintne parere, ita eas in uxores ducunt. At cum gravidis non coeunt, hoc ipso ostendentes se nuptias, non voluptatis ergo sed liberorum inopia, fecisse. Feminæ autem abluuntur indusiis circumamictæ, quemadmodum viri quum subligacula induerint. Talia sunt Essenorum instituta.

Alii et ipsi Judaicorum morum studiosi, propter genus et leges Pharisæorum nomen habent, quorum numerus maximus est in omni loco; Judæi quidem omnes vocati sunt, sed propter opiniones quasdam peculiare propriis nominibus sunt cognominati. Qui etiam, dum antiquam traditionem diligenter servant, non cessant studiose inquirere quæ pura et impura secundum legem sunt. Leges interpretantur et ad eas interpretandas præceptores informant. Iidem fatum esse dicunt et quædam potestate nostra fieri, quædam autem fato, ita ut quædam penes nos sint, quædam autem ex fato proveniant, Deum autem universorum effectorem esse et nihil sine voluntate ejus aut ordinari aut evenire. Confitentur et ipsi esse resurrectionem carnis et animam immortalem et judicium futurum et combustionem mundi

3. ἐπ' ἓνα cod. pro ἐπένδυμα. — 4. [τὰ] quod est in cod. — 8. κυρίοις cod. — 10. add. Dunck. — 5. ἐθνῶν Mill. pro ἐθνῶν ἐπιεικῶς cod. corr. Mill.; ἐπιεικῶς Dunck.

καὶ ἐκπύρωσιν, καὶ δικαίους μὲν ἀφθάρτους ἔσεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰσαεὶ κολασθήσεσθαι ἐν πυρὶ ἀσβέσῳ. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ Φαρισαῖοι.

29. Σαδδουκαῖοι δὲ τὴν μὲν εἰμαρμένην ἀναιροῦσι, [καὶ] τὸ[ν
5 Θεὸν] μηδὲν τι κακὸν δρᾶν ἢ ἐφορᾶν ὁμολογοῦσιν, εἶναι δὲ ἀνθρώπων ἐξουσίαν τὸ αἰρεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν ἢ κακόν. Ἀνάσλασιν δὲ ἀρνοῦνται οὐ μόνον σαρκός, ἀλλὰ καὶ ψυχὴν μὴ διαμένειν νομίζουσι· [ταύτη δὲ] εἶναι μόνον τὸ ζῆν, καὶ τοῦτο δὲ εἶναι οὗ χάριν ἐγένετο ἄνθρωπος· ἐνὶ δὲ τῷ πληροῦσθαι τὸν τῆς ἀνασπάσεως λό-
10 γον, ἐν τῷ καταλείψαντας ἐπὶ γῆς τὰ τέκνα τελευτᾶν· μετὰ δὲ θάνατον μηδὲν ἐλπίζειν παθεῖν ἢ κακὸν ἢ ἀγαθόν. Λύσιν γὰρ ἔσεσθαι καὶ ψυχῆς καὶ σώματος καὶ εἰς τὸ μὴ εἶναι χωρεῖν τὸν ἄνθρωπον, καθ' ὃ καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα· ὅ,τι δ' ἂν δράσῃ ἄνθρωπος ἐν τῷ βίῳ κακὸν καὶ διαλλαχθῆ, κεκέρδηκε τὴν ὑπὸ ἀνθρώπων διαφυγῶν κό-
15 λασιν· ὅ,τι δ' ἂν κτήσῃται καὶ πλουτήσῃς δοξασθῆ, τοῦτο κεκέρ-

et justos immortalitatem consecuturos, injustos autem æterna supplicia passuros in igne inextinguibili. Hæc quidem docent Pharisei.

29. Sadducei vero fatum tollunt et Deum affirmant nihil mali efficere aut intueri, et esse potestatis hominum eligere bonum vel malum. Resurrectionem carnis non solum negant, sed etiam censent animam non permanere posse immortalem. Animam autem existimant nihil aliud esse præter vivere, et eandem esse causam cur existat homo; addunt una aliqua conditione resurrectionis doctrinam adimpleri, videlicet ab eis qui moriendo liberos hic relinquunt; post mortem vero nullam spem esse sentiendi aliquid boni aut mali; dissolutionem enim fore et animæ et corporis et in nihilum iturum esse hominem, quemadmodum cætera animalia. Quod si quis, dum vivit, alicui malum fecerit et reconciliatus fuerit, illud lucrifecit, pœna vitata qua eum mulctavissent homines. Quod si quis opes compara-

4-5. Uncis inclusa restituta ex Joseph. Miller. — 5-6. ἐξ ἀνθρώπων cod. Miller. Dunck. ἐξ delendum. — 6. ἐξουσίας Dunck. — Mill. legit τοῦ αἰρεῖσθαι. — 8. ταύτην δὲ Mill.; in cod. exesa; ταύτη δὲ R. Scottus. — 9. ἐν δὲ τῷ cod.; ἐνὶ δὲ τῷ

Mill.; ἐν δὲ τούτῳ R. Scott. — 14. Post κακὸν cod. habet ἄνθρωπος. Mill. conj. ἄνθρωπον, quod male repetitum est et delendum. ἀνθρώποις ἂν Sauppis; ἀνθρώποις κἂν Dunck. — διαλλαχθῆ cod. — διαφυγῶν cod.

δηκε· μέλειν δὲ Θεῷ μηδὲν τῶν κατὰ ἕνα. Καὶ οἱ μὲν Φαρισαῖοι
 φιλάλληλοι, οἱ δὲ Σαδδουκαῖοι φίλαυτοι. Αὕτη ἡ αἵρεσις περὶ τὴν
 Σαμάρειαν μᾶλλον ἐκρατύνη. Καὶ αὐτοὶ δὲ τοῖς τοῦ νόμου ἔθεσι
 προσέχουσι, λέγοντες δεῖν οὕτω ζῆν ἵνα καλῶς βιώσῃ καὶ ⁽³⁰⁷⁾ τέκνα
 ἐπὶ γῆς καταλείπη. Προφήταις δὲ οὐ προσέχουσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἐτέ- 5
 ροις τισὶ σοφοῖς, πλὴν μόνῳ τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, μηδὲν ἐρμη-
 νεύοντες. Ταῦτα μὲν οὖν ἃ καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι αἰρετίζουσιν.

30. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τὰς παρὰ Ἰουδαίοις διαφορὰς ἐκτεθείμεθα,
 εὐλογον δοκεῖ καὶ τὴν ἄσκησιν τῆς τούτων Θεοσεβείας μὴ παρασιω-
 πᾶν. Ἔστι μὲν οὖν ἡ κατὰ πάντας Ἰουδαίους κατὰ τὴν Θεοσεβείαν 10
 πραγματεία τετραχῆ, Θεολογική, Φυσική, ἠθική, ἱερουργική. Καὶ
 τὸν μὲν Θεὸν ἕνα εἶναι λέγουσι δημιουργόν τε τοῦ παντὸς καὶ
 [καλὰ] ποιήσαντα πάντα οὐ πρότερον ὄ[ντα], οὐδὲ ἕκ τινος ὑπο-
 κειμένης συγχρόνου οὐσίας, ἀ[λλὰ Θε]ελήσαντα καὶ κτίσαντα. Εἶναί
 τε ἀγγέλους καὶ τούτους γενομένους πρὸς λειτουργίαν τῆς κτίσεως, 15

verit et dives aestimatus fuerit, hoc quoque lucrifecit; nihil autem singulo-
 rum istorum curæ esse Deo. Dum Pharisei sese mutuo amore complectun-
 tur, Sadducei neminem præter seipsos amant. Hæc secta apud Samaritanos
 maxime valuit. Iidem legis Mosaicæ institutis adhærent, dicentes sic vivere
 oportere ut vitam pulchram agant et liberos hic relinquant. Prophetarum
 libros non curant nec aliorum quorundam sapientium, sed soli legi Moysis
 animum adhibent, nihil autem interpretantes. Hæc sunt quæ Sadducei
 sectantur.

30. Quum igitur exposuerimus quæ sint apud Judæos discrimina, decet,
 ut nobis videtur, non omittere quomodo iidem pietatem in Deum exercent.
 Est autem secundum omnes Judæos de religione tractatus in quatuor partes
 divisus, Theologicam dico, Physicam, Moralem, Hierurgicam (de sacris
 cærimoniis). Deum unum esse dicunt et creatorem universi mundi et pul-
 chra fecisse omnia quæ ante non erant, nec ea formavit ex substantia qua-
 dam substrata et sibi coæva, sed voluit et creavit; et esse angelos ad mini-

1. μέλλειν cod. — 8. ἐκτεθήμεθα cod.
 — 13. [καλὰ] κ... cod.; καὶ bis exaratum
 conj. Mill.; κόσμον Ræp.; κτίσιν R. Scot-
 tus; κύριον Dunck. At quum de Judæis

hic agatur, conf. *Genesim*, ubi Deus di-
 citur omnia quæ fecit vidisse esse bona.
 — 13-14. Uncis inclusa supplevit Mille-
 rus.

ἀλλὰ καὶ πνεῦμα ἐξουσιαστικὸν πρὸς δόξαν καὶ αἶνον Θεῷ ἀεὶ πα-
 ραμένοντα· πάντα δὲ ἐν τῇ κτίσει αἴσθησιν ἔχειν καὶ μηδὲν εἶναι
 ἄψυχον. Ἡθους τε ἀντιποιοῦνται σεμνοῦ καὶ σώφρονος βίου, καθὼς
 ἔσιν ἐκ τῶν νόμων ἐπιγνώναι. Ταῦτα δὲ πάλαι ἀκριβαζόμενα ἦν
 5 παρὰ τοῖς ἀρχῆθεν Θεόκτιστον νόμον παρειληφόσιν, ὡς τὸν ἐντυγ-
 χάνοντα καταπλαγῆναι ἐπὶ τοσαύτῃ σωφροσύνῃ καὶ ἐπιμελείᾳ τοῦ
 περὶ τὸν ἄνθρωπον νομοθετουμένου ἠθους. Ἱερουργικὴ δὲ λειτουργία
 ἄκρως ἐξήσκητο παρ' αὐτοῖς εὐσχημόνως πρὸς τὸ Θεῖον προσφε-
 ρομένη, καθὼς τοῖς βουλομένοις ῥάδιόν ἐστιν ἐντυχοῦσι τῇ περὶ
 10 τούτων ἐξαγορευούσῃ βίβλῳ μαθεῖν, ὡς σεμνῶς καὶ ὁσίως τῷ Θεῷ
 ἀπαρχόμενοι τῶν παρ' αὐτοῦ δεδωρημένων εἰς χρῆσιν καὶ ἀπόλαυ-
 σιν ἀνθρώπων, κελευόμενοι εὐτάκτως καὶ παραμόνως ἐλειτούργουν.
 Τούτων δὲ τινα οἱ Σαδδουκαῖοι ἀπαγορεύουσιν· οὐ γὰρ βούλονται
 ἀγγέλους ἢ ⁽³⁰⁸⁾ πνεύματα ὑπάρχειν. Οἱ δὲ πάντες ὁμοίως Χριστὸν
 15 προσδέχονται, τοῦ μὲν νόμου καὶ τῶν προφητῶν παρεσόμενον

sterium mundi natos, etiam spiritum principalem Deo semper assistentem ad gloriam et laudem ejus; et omnia quæ in creatura sunt sensum habere et nihil esse inanimatum. Rationem vitæ honestæ et bene moratæ capessunt, ut ex eorum legibus cognosci potest. Hæc autem olim erant diligenter curata apud eos qui a principio legem divinam acceperunt, ita ut qui in hunc legis librum incidet miretur tantam temperantiam tantamque curam in moribus hominum vitæ præscriptis. Ritus sacri ad res divinas decenter adhibiti egregie absolvebantur apud eos, quod qui volunt intelligere, ipsis promptum erit ex libro de his sacris ritibus percipere cum quanta veneratione quantaque pietate primitias Deo offerant omnium rerum, quas ipse dedit ut eis homines uterentur et fruerentur, quantoque ordine et quanta constantia ritus sacros jussi absolvant. Horum autem quædam Sadducæi negant. Nolunt enim angelos et spiritus existere. Omnes vero similiter Christum exspectant, illius quidem adventu a prophetis et lege prædicto. Quum

1-2. παραμένον· τὰ Duncker. — 5. παρὰ τοῖς ἀρχῆθεν νεοσῆ τὸν cod. Millerus; παρ' αὐτοῖς, ἀρχῆθεν, οὐ νεωσῆ τὸν Saupp. Dunck. At πάλαι, ἀρχῆθεν et οὐ νεωσῆ idem significant. Suspicio libra-

rium male legisse in codice νεοσῆτὸν pro Θεόκτιστον. Mill. conjicit ἐν ὄρει latere in νεοσῆ. — 13. βούλονται cod. — 15. τὸν παρεσόμενον Saupp.

προκηρυξάντων, τῶν δὲ Ἰουδαίων τὸν καιρὸν τῆς παρουσίας μὴ ἐπι-
 γνόντων, [ὥστε] ἐπιμένειν τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν μὴ τὰ εἰ[ρημένα]
 περὶ τῆς παρουσίας τετελέσθαι, προσδοκᾶν δὲ ἤδη Χριστὸν παρεσβό-
 μενον διὰ τὸ παρόντα μὴ ἐπεγνωκέναι· καὶ τὰ σύμβολα τῶν καιρῶν 5
 τοῦ ἤδη παραγεγονέναι ὁρῶντας ταράττεσθαι, αἰδεῖσθαι τε ὁμολο-
 γεῖν ἐληλυθέναι, ἐπεὶ αὐτόχειρες αὐτοῦ γεγέννηται, ἀγανακτοῦντες
 ἐλεγχομένοι ὑπ' αὐτοῦ ὅτι τοῖς νόμοις μὴ ὑπήκουσαν. Καὶ τὸν μὲν
 οὕτως ἀποσπάλεντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Χριστὸν οὐκ εἶναι τοῦτον λέγου-
 σιν· ἐλεύσεσθαι δὲ ἕτερον, τὸν οὐκ ὄντα, οἴσονται μὲν σύμβολα ἐκ
 μέρους, ἕσα ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται προέφηναν, ὁμολογοῦσι· 10
 τινὰ δὲ καὶ πλανώμενοι νομίζουσι· γένεσιν μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐσομέ-
 νην λέγουσιν ἐκ γένους Δαβίδ, ἀλλ' οὐκ ἐκ Παρθένου καὶ Ἁγίου Πνεύ-
 ματος, ἀλλ' ἐκ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς ὡς πᾶσι νόμος γεννᾶσθαι ἐκ
 σπέρματος, φάσκοντες τοῦτον ἐσόμενον βασιλέα ἐπ' αὐτούς, ἀνδρα
 πολεμιστὴν καὶ δυνατὸν, ὅς ἐπισυνάξας τὸ πᾶν ἔθνος Ἰουδαίων, 15
 πάντα τὰ ἔθνη πολεμήσας, ἀναστήσει αὐτοῖς τὴν Ἱερουσαλήμ πό-

autem tempus adventus ejus Judæi non agnovissent, mansit apud eos opi-
 nio nondum fuisse absoluta quæ dicta sunt de adventu ejus, exspectantque
 Christum jamjam venturum, quia præsentem non agnoverunt. Signa vero
 temporum apparitionis ejus videntes conturbantur, erubescuntque fateri eum
 jam venisse, quod ipsi manibus suis illum occiderint, indignantes sese ar-
 gui ab eo quod legum mandatis non obedirent. Illum igitur qui a Deo
 missus est Christum esse negant. Alium vero venturum, qui nondum exi-
 stat dicunt et hunc allaturum quædam signa prædicta a prophetis et lege;
 quædam vero alia errabundi fingunt. Etenim oriturum esse aiunt ex genere
 David non autem ex Virgine et Spiritu Sancto, sed ex muliere et homine,
 quemadmodum omnes ex semine nascuntur. Eundem dicunt futurum esse
 regem super ipsos, virum bellatorem et potentem, qui, coacta tota Ju-
 dæorum natione, et universis gentibus debellatis, restituet civitatem regiam

1. προκηρυξάντων. Τῶν δὲ cod. Mill.
 — 1-2. Post ἐπιγνόντων Ræperus legit
 ἐγένετο. — 2. [ὥστε] cod. et Mill. om.
 — Syllabæ ρημένα ablata in cod. — 6.
 Scripsimus ἐληλυθέναι; initio lacunæ ε,
 in fine αι et paulo ante accentus conspi-

citur. Mill. — ἐπὶ cod. — 9. εἰς ὄντα cod.
 Mill.; εἰς ὄν τὰ Dunck. Lege οἴσονται. —
 11. πλανώμενον cod. — 13. πᾶσιν ὄρος
 γεννᾶσθαι cod. Mill. Dunck. in codd. μ
 et ρ facillime confunduntur. — γενᾶσθαι
 cod.

λιν βασιλίδα, εἰς ἣν ἐπισυνάξει ἅπαν τὸ ἔθνος, καὶ πάλιν ἐπὶ τὰ ἀρχαῖα ἔθνη ἀποκαταστήσει, βασιλεῦον καὶ ἱερατεῦον καὶ κατοικοῦν ἐν πεποιθήσει ἐν χρόνοις ἱκανοῖς· ἔπειτα ἐπαναστήναι κατ' αὐτῶν πόλεμον ἐπισυναχθέντων· ἐν ἐκείνῳ τῷ πολέμῳ πεσεῖν τὸν Χριστὸν ἐν μαχαίρῃ, ἔπειτα μετ' οὐ πολὺ τὴν συντέλειαν καὶ ἐκπύρωσιν τοῦ παντὸς ἐπιστήναι, καὶ οὕτως τὰ περὶ τὴν ἀνάστασιν ⁽³⁰⁹⁾δοξαζόμενα ἐπιτελεσθῆναι τὰς τε ἀμοιβὰς ἐκάστω κατὰ τὰ πεπραγμένα ἀποδοθῆναι.

31. Δοκεῖ μὲν ἡμῖν ἱκανῶς τὰ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων δόγματα ἐκτεθεῖσθαι, μηδὲν δὲ ἀπολελοιπέναι μήτε τῶν φιλοσοφουμένων μήτε τῶν ὑπὸ αἰρετικῶν φ[ασκο]μένων ἀναπόδεικτον. Οἷς ἐξ αὐτῶν τῶν ἐκτεθέντων φανερὸς γεγένηται ὁ ἔλεγχος ἢ κλεψιλογησάντων ἢ τινὰ ἐρανισαμένων [καὶ] αὐτὰ τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων πεπονημένα παραθεμένων ὡς θεῖα. Διὰ πάντων οὖν διαδραμόντες καὶ
15 μετὰ πολλοῦ πόνου ἐν τοῖς ἐννέα βιβλίοις τὰ πάντα δόγματα ἐξεῖπόντες, πᾶσί τε ἀνθρώποις ἐφόδιον ἐν βίῳ [οὐ] μικρὸν καταλιπόντες,

Jerusalem, in quam congregabit totam judaicam nationem, eamque ad pristinos mores reducet, eamque regno et sacerdotio fungi et habitare tuto propriis temporibus efficiet; deinde adversus Judæos congregatos bellum exoriturum esse; in quo bello Christum gladio periturum, et paulo post universi mundi consummationem et combustionem fore, eoque modo omnia quæ de resurrectione existimata sunt adimpleri et cuique retributionem secundum opera sua dari.

31. Jam nobis videntur omnium Græcorum et barbarorum dogmata sufficienter fuisse exposita, neque quidquam silentio prætermissum esse ex iis quæ philosophi vel hæretici docuerunt. His autem quæ exposuimus clare coarguuntur hæretici vel subripuisse vel aliquando mendicavisse quæ Græci composuerunt, eaque ut divina protulisse. Quum igitur, omnibus hæresibus circumspectis, in novem libris dogmata eorum multo cum labore exposuerimus, universisque hominibus non parvum viaticum vitæ

5. μαχαίρη (quasi ex oraculo versibus conscripto) cod. a quo corrigendo abstinuimus consulto. — 10. ἐκτεθῆσθαι cod. — ἀπολελυμέναι cod.; ἀπολελειπέναι Mill.

— 11. Uncis inclusa supplevit Mill. — 13. [καὶ] addidi. — 15. τοῖς ἐννέα βιβλίοις cod. — 16. [οὐ] restitui, quod prorsus exciderat. Cf. sqq. οὐκ ὀλίγη.

καὶ τοῖς παροῦσιν οὐκ ὀλίγης χαρᾶς καὶ θυμηδίας φιλομάθειαν πα-
 ρασχόντες, εὐλογον ἠγούμεθα ὥσπερ κορυφὴν τοῦ παντὸς [τὸν] περὶ
 ἀληθείας λόγον ἐπενέγκαι, καὶ τοῦτον ἐν μιᾷ βίβλῳ τῇ δεκάτῃ περι-
 γράψαι, ὅπως ὁ ἐντυγχάνων μὴ μόνον ἀνατροπὴν τῶν τετολμηκότων
 αἵρέσεις συστήσασθαι ἐπιγνοῦς καταφρονήσῃ τῶν ματαίων, ἀλλὰ 5
 καὶ τὴν τῆς ἀληθείας δύναμιν ἐπιγνοῦς, ἀξίως Θεῷ πιστεύσας σω-
 θῆναι δυνηθῆ.

reliquerimus et lectoribus præbuerimus studium gaudio magno et voluptate
 refertum, nunc æquum esse arbitramur ut afferamus, tanquam fastigium
 totius operis, sermonem de veritate, et hunc in uno decimo libro includamus,
 quo quidem lector, jam quum intuitus sit audaces hæresium auctores a nobis
 funditus eversos, non solum vana eorum dogmata despiciat, sed etiam vir-
 tutem veritatis contemplatus et Deo digne confisus salvari possit.

1. ὀλίγοις cod. Miller.; ὀλίγης Ræper. — θυμηδίας cod. — 2. [τὸν] add. Mill.

(310) BIBAION I'.

1. Τάδε ἔνεσιν ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ κατὰ πασῶν αἱρέσεων Ἐλέγχου.
2. Ἐπιτομὴ πάντων τῶν φιλοσόφων.
3. Ἐπιτομὴ πασῶν [τῶν] αἱρέσεων.
4. Καὶ ἐπὶ παῖσι τίς ὁ τῆς ἀληθείας λόγος.
- 5 5. Τὸν λαβύρινθον τῶν αἱρέσεων οὐ βία διαρρήξαντες, ἀλλὰ μόνῳ ἐλέγχῳ ἀληθείας δυνάμει διαλύσαντες, πρόσκειμεν ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν· τότε γὰρ τῆς πλάνης ἔντεχνα σοφίσματα ἀσύσπαστα φανερωθήσεται, ἐπὰν ὁ τῆς ἀληθείας ὄρος ἐπιδειχθῆ οὐκ ἀπὸ σοφίας Ἑλλήνων ἀρχὰς μεταλαβῶν, οὐδ' Αἰγυπτίων δόγματα [καὶ] τὰ ἐν
 10 αὐτοῖς μετ' ἀξιοπιστίας θρησκευόμενα μάταια, ὡς ἄρρητα διδασκθεῖς, οὐδὲ Χαλδαίων ἀσυσπλάτῳ περιεργία σοφισθεῖς, οὐδὲ Βαβυλωνίων ἀλογίστῳ μανία δι' ἐν[εργεί]ας δαιμόνων καταπλαγεῖς, ἀλλ' ὅ ὑπάρχει τρόπῳ ὄρος ἀληθῆς ὦν, ἀφύλακτός τε, καὶ ἀκαλ-

LIBER X.

1. Hæc insunt in decimo omnium hæresium Refutationis libro.
2. Summarium omnium philosophorum.
3. Summarium omnium hæresium.
4. Qualis sit in omnibus veritatis doctrina.
5. Ambagibus hæresium labyrintho similibus non vi diruptis, sed sola refutatione et veritatis virtute solutis, adeamus ad veritatis demonstrationem. Tunc enim erroris artificiosa sophismata videbuntur non consistere posse, quum demonstratum fuerit veritatis definitionem non ex Græcorum philosophia depromptam, nec vana veluti ineffabilia mutuam Ægyptiorum dogmata et quæ inter eos digna fide et venerabilia habentur, nec inanibus Chaldaicæ curiositatis figmentis conflata, nec per vim dæmonum insanis Babyloniorum furoribus corruptam, sed quo exstat modo hæc definitio vera

3. ἐπὶ τῶ μη cod. — [τῶν] add. Miller. — 6. πρόσκειμεν cod. — 9. [καὶ] addidi. — 13. ἀλλ' ὡς τὰ ἐν... μάταια uncis inclusit Millerus veluti in textum male inserta. — 12. Uncis inclusa supplevit Millerus. — 13. ἀλλ' ὡς cod. pro ἀλλ' ὅ; corr. Miller. — ἀλεθεῖς cod.

λώπιστος, [ὅς] μόνον φανείς ἐλέγξει τὴν πλάνην. Περὶ οὗ εἰ καὶ πλειστάκις ἀποδείξεις ἐποιήσαμεν, καὶ ἰκανῶς τὸν τῆς ⁽³¹¹⁾ ἀληθείας κανόνα ἀφθόως τοῖς βουλομένοις ἐπεδείξαμεν, ἀλλὰ γε καὶ νῦν οὐκ ἄλογον ἐκρίναμεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι δεδοκημένοις καὶ αἰρετικοῖς ὡσεὶ κορωνίδα τῶν βίβλων ἐπενέγκαι ταύτην τὴν ἀπόδειξιν διὰ 5 τῆς δεκάτης βίβλου.

6. Συμπεριλαβόντες τοίνυν τὰ πάντων τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν δόγματα ἐν τέσσαρσι βιβλίοις, τὰ δὲ τῶν αἰρεσιάρχων ἐν πέντε, νῦν τὸν περὶ ἀληθείας λόγον ἐν α' ἐπιδείξομεν, ἀνακεφαλαιούμενοι πρῶτον τὰ πᾶσι δεδοκημένα. Οἱ μὲν γὰρ τῶν Ἑλλήνων δογματι- 10 σία τὴν φιλοσοφίαν τριχῇ διελόντες, οὕτως ἐφιλοσόφησαν, οἱ μὲν φυσικὴν, οἱ δὲ ἠθικὴν, οἱ δὲ διαλεκτικὴν προσαγορεύσαντες· καὶ οἱ μὲν τὴν φυσικὴν οὗτοι γεγένηται, οὕτως δὲ διηγήσαντο, οἱ μὲν ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα, οἱ δὲ ἐκ πλείονων· καὶ τῶν ἐξ ἑνός, οἱ μὲν ἐξ ἀποίου, οἱ δὲ ἐκ ποιοῦ· καὶ τῶν ἐκ ποιοῦ, οἱ μὲν ἐκ πυρός, οἱ δὲ 15

et ingenua et sine cura pulchritudinis, quæ proprio lumine statim errorem confutat. Cujus etsi sæpius demonstrationes prætulimus et sufficienter veritatis normam recte volentibus ostendimus, nunc tamen æquum esse arbitrati sumus omnibus quæ Græci et hæretici docuerunt, veluti coronam nostrorum novem librorum superaddere hanc demonstrationem veritatis in decimo libro.

6. Collectis igitur omnium Græcorum philosophorum dogmatibus in quatuor libris, hæresiarchorum in quinque, nunc veritatis expositionem in uno libro absolvemus, summam prius repetituri omnium placita. Græcorum igitur institutores, philosophia tripliciter divisa, sic docuerunt, alii physicam, moralem alii, alii dialecticam prædicantes. Qui quidem physicis rebus adhærebant sic disserebant, alii ex uno omnia processisse, alii e pluribus; et ex iis qui ex uno, alii quidem docent e nulla qualitate prædito, alii e prædito qualitate aliqua universa generari. Et ex iis qui ex aliqua qualitate prædito contendunt universa generari, alii ex igne, alii ex

1. [ὅς] in cod. omissum ob *ος* finale præcedentis vocabuli. — 8. βίβλοις cod. superposito *ι*. — τοῖς αἰρεσιάρχαις cod. Miller. Lege τῶν αἰρεσιάρχων vel supple δεδοκημένα quod tamen in eadem sen-

tentia bis repetitum male sonaret. — 9. ἕνα cod. pro ἐν α' vel ἐν ἐνί. — 13. Hæc et sqq. noster mutuatus est a Sexto Empirico, *Adv. phys.* X. — 15. ἐκ τοῦ ποιοῦ cod. Millerus; ἐκ ποιοῦ Sextus.

ἐξ ἀέρος, οἱ δὲ ἐξ ὕδατος, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς. Καὶ τῶν ἐκ πλειό-
νων, οἱ μὲν ἐξ ἀριθμητῶν [οἱ δὲ ἐξ ἀπείρων. Καὶ τῶν ἐξ ἀριθμη-
τῶν], οἱ μὲν ἐκ δυοῖν, οἱ δὲ ἐκ τεσσάρων, οἱ δὲ ἐκ ε̄, οἱ δὲ ἐκ ς̄ ·
καὶ τῶν ἐξ ἀπείρων οἱ μὲν ἐξ ὁμοίων τοῖς γενομένοις, οἱ δὲ ἐξ ἀνο-
μοίων. Καὶ τούτων οἱ μὲν ἐξ [ἀπα]θῶν, οἱ δὲ ἐκ παθητῶν. Ἐξ ἀποίου
5 μὲν οὖν καὶ ἐνὸς σώματος τὴν τῶν ὄλων συνεσίησαντο γένεσιν οἱ
Στωϊκοί. Ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄλων κατ' αὐτοὺς ἐστὶν ἢ ἀποιος ὕλη καὶ
δι' ὄλων τρεπλή · μεταβαλλούσης δὲ αὐτῆς, γίνεται πῦρ, ἀήρ, ὕδωρ,
γῆ. Ἐξ ἐνὸς δὲ καὶ ποιοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάντα ⁽³¹²⁾ φέλουσιν οἱ τε
10 περὶ τὸν Ἴππασον καὶ Ἀναξίμανδρον καὶ Θαλῆ τὸν Μιλήσιον. Ἴππα-
σος μὲν ὁ Μεταπόντιος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος, ἐκ πυρὸς ἀπε-
φήναντο τὴν γένεσιν. Ἀναξίμανδρος δὲ ἐξ ἀέρος · Θαλῆς δὲ ἐξ ὕδα-
τος · Ξενοφάνης δὲ ἐκ γῆς ·

Ἐκ γαίης γὰρ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

aere, alii ex aqua, alii e terra. Eorum qui ex pluribus omnia gigni di-
cunt, et ex numerabilibus alii, alii ex infinitis. Et qui e numerabilibus, alii
quidem e duobus, alii e quatuor, alii e quinque, alii autem e sex. Et qui
ex infinitis, alii quidem e similibus eorum quæ generantur, alii autem e
dissimilibus. Jam inter eos alii ex impassibilibus, alii e passibilibus. Atque
e corpore nulla quidem qualitate prædito et uno universitatis ortum con-
stituerunt stoici. Rerum enim ex eorum sententia principium est materia
expers qualitatis et omni ex parte mutabilis. Eaque mutata fiunt ignis, aer,
aqua, terra. Ex uno autem eoque qualitate prædito orta volunt esse omnia
Hippasus et Anaximander et Thales Milesius. Hippasus quidem Metapon-
tinus et Heraclitus Ephesius ex igne rerum ortum prædicaverunt. Anaxi-
mander ex aere, Thales ex aqua; Xenophanes e terra :

Omnia e terra atque in terram cuncta revertunt.

2-3. Uncis inclusa e Sexto rest. Mill.
— 4. γενομένοις cod. Miller.; γεννωμέ-
νοις Sext. — 5. πρὸς τούτοις cod.; τού-
των Sext. — παθητῶν. Ἐξ ἀποίου Sextus;
παθητικῶν. Ἀποίου cod. Mill. — 6. ὑπε-
σίησαντο Sext. — 7. τῶν ὄντων Sext.;
τῶν ὄλων cod. — 8. τρέπει cod.; τρεπλή
Sext. — τε Sext.; δὲ cod. — 8-9. γίνεται

τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, πῦρ, κ. τ. λ. Sext.
— 9. οἱ δὲ cod.; οἱ τε Sext. — 10-11.
Θαλῆ. Ὡς Ἴππασος μὲν καὶ κατὰ τινὰς
Ἡράκλειτος Sextus. — 11-12. ἀπέλιπον
τὴν γένεσιν Sext. — 14. Cod. habet: Ἐκ
γῆς γὰρ, φησί, πάντα ἐστὶ, καὶ εἰς τὴν
γῆν. Versum e Sexto restitui. Conf. Karst.
Fragm. viii, p. 45.

7. Ἐκ πλειόνων δὲ καὶ ἀριθμητῶν, δυεῖν μὲν γῆς τε καὶ ὕδατος
τὰ ὅλα συνεσθιγέναι φησὶν ὁ ποιητῆς Ὅμηρος, ὅτε μὲν λέγων,

Ὠκεανόν τε Θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν,
ὅτε δέ,

Ἄλλ' ὑμεῖς [μὲν] πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.

5

Συμφέρεσθαι δ' αὐτῷ δοκεῖ καὶ ὁ Κολοφώνιος Ξενοφάνης· φησὶ
γάρ·

Πάντες [γὰρ] γαίης [τε] καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα.

Ἐκ γῆς δὲ καὶ αἰθέρος Εὐριπίδης, ὡς πάρεσθιν ἐπιγνώναι ἐκ τοῦ
λέγειν αὐτόν·

10

Αἰθέρα καὶ γαῖαν πάντων γενέτειραν αἰδῶ.

Ἐκ τεσσάρων δὲ Ἐμπεδοκλῆς, οὕτως λέγων·

7. E pluribus autem et numerabilibus, e duobus quidem nempe terra
et aqua omnia constituta esse ait poeta Homerus, quum hæc dicit :

Oceanumque Deorum patrem Tethyn quoque matrem ;

quumque hæc addit :

Vos vero cuncti fiatis terraque et unda.

Ei adstipulari quoque videtur Xenophanes Colophonius ; dicit enim :

E terra et aqua exorti sumus omnes.

E terra autem et æthere Euripides, ut licet videre ex eo quod dicit,

Æthera canto et terram parentem universorum.

E quatuor autem Empedocles, ita loquens :

1. ἀριθμῶν cod. e Sexto corr. — δυοῖν
Sextus. — 2. τὰ ὅλα συνεσθιγέναι de-
sunt in Sexto. — φησὶ cod. — 3. Hom. *Il.*
xiv, 201. — Τιθέν cod. — 4. ὅτε Sextus ;
ποτέ cod. — 5. Hom. *Il.* vii, 99. — [μὲν]
add. Mill. ex ed. — 6. Συμφερές posito s

super φε cod. — δοκεῖ κατ' ἐπίου Sext. —
8. Quæ uncis inclusa sunt restituta e Sext.
Conf. etiam Karst. *Fragm.* ix, p. 46. —
ἐγενόμεθα cod. Mill. — 9. αἰθέρος Sext. ;
ἀέρος cod. Miller. — πάρεσθιν ἐκδέξασθαι
Sext. — 12. οὕτως λέγων addidit noster.

⁽³¹³⁾ Τέσσαρα τῶν πάντων ριζώματα πρῶτον ἄκουε ·
 Ζεὺς ἀργής, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Αἰδωνεύς,
 Νῆσις γ' ἢ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Ἐκ πέντε δέ, Ὀκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης · συμπαρέλα-
 5 βον γὰρ τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον καὶ κυκλοφορητικὸν
 σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ οὐράνια. Ἐκ δὲ τῶν ᾧ τὴν τῶν πάν-
 των ὑπέθεντο γένεσιν οἱ περὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα. Ἐν οἷς μὲν γὰρ
 λέγει « Τέσσαρα τῶν πάντων ριζώματα πρῶτον ἄκουε, » ἐκ τεσσά-
 ρων ποιεῖ τὴν γένεσιν · ὅταν δὲ προσθῆ,

10 Νεῖκος τ' οὐλόμενον δίχα τῶν, ἀτάλαντον ἀπάντη,
 καὶ Φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκος τε πλάτος τε,

ἐξ καὶ παραδίδωσι τὰς τῶν ὄλων ἀρχάς, δ' μὲν ὑλικάς, γῆν, ὕδωρ,
 πῦρ, ἀέρα · δύο δὲ τὰς δραστήριους, Φιλίαν καὶ νεῖκος. Ἐξ ἀπείρων

Radices quæ sint quatuor omnium primum audi;
 Jupiter candens, Juno vitalis et Pluto,
 Et Nestis lacrymis humanam scaturiginem humectans.

E quinque Ocellus Lucanus et Aristoteles. Simul enim cum quatuor ele-
 mentis assumpserunt quintum corpus quod movetur in orbem, ex quo di-
 cunt esse cœlestia. E sex autem ortum omnium posuit Empedocles. Nam
 quum dicit: « Omnium quatuor radices primum audi, » e quatuor ortum
 esse statuit; quando autem addit,

et Discordia funesta seorsum ab illis, æqualis undique,
 et Amicitia cum illis ex æquo longa atque lata,

sex tradit rerum principia: quatuor quidem materialia, terram, aquam,
 aerem, ignem; duo autem agentia, amicitiam et discordiam. Ex infinitis au-

1-3. Conf. quæ de his versibus, supra
 p. 371, notavimus. — 2. Ζεὺς ἀήρ cod.
 Plutarchus habet Ζεὺς αἰθήρ. Alii Ζεὺς
 ἀργής. Conf. Karsten. — 3. Νῆσις δὲ
 ἡδακτοῖς σπονδε κρουνοῦ μαρβρόντιον cod.
 e Sexto correxi. — 4 ὁ κη. γλος Λευκα-
 νός cod. corr. Miller. — 6. καὶ cod.; ἐξ

οὗ Sext. — δὲ τῶν cod. pro δ' τῶν; Sext.
 habet τέσσαρα.— 8. πρῶτον ἄκουε desunt
 apud Sext. — 10. Conf. Karst. Emped.
 vss. 106-107. — διχάζων ἀταλλάττον cod.
 — 11. Φιλία μετὰ οἷσιν cod.; Φιλίη μετὰ
 τοῖσιν Sext.; Φιλότης μετὰ τοῖσιν Karst.
 — 12. τὰς τῶν ὄντων Sext.

δὲ ἐδογματίσαν τὴν τῶν πάντων γένεσιν οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιον καὶ Δημόκριτον καὶ Ἐπίκουρον καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς, ὧν ἐκ μέρους πρότερον ἐμνήσθημεν. Ἄλλ' ὁ μὲν Ἀναξαγόρας ἐξ ὁμοίων τοῖς γεννωμένοις· οἱ δὲ περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Ἐπίκουρον, ἐξ ἀνομοίων τε καὶ ἀπαθῶν, τουτέστιν ἐκ τῶν ἀτόμων· οἱ δὲ περὶ τὸν Ποντικὸν Ἡρακλείδην καὶ Ἀσκληπιάδην ἐξ ἀνομοίων [μὲν], παθητῶν ⁽³¹⁴⁾ δέ, καθάπερ τῶν ἀνάρμων ὄγκων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πλάτωνα ἐκ τριῶν [καὶ] εἶναι ταῦτα λέγουσι Θεὸν καὶ ὕλην καὶ παράδειγμα. Τὴν δὲ ὕλην μερίζει εἰς τέσσαρας ἀρχάς, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα· Θεὸν δὲ τὸν ταύτης εἶναι δημιουργόν, τὸ δὲ παρά- 10 δειγμα νοῦν.

8. Πεισισμένοι τοίνυν ὅτι πᾶσι τούτοις ὁμολογουμένως ἄπορος εὐρίσκεται ὁ τῆς Φυσιολογίας λόγος, αὐτοὶ περὶ τῶν τῆς ἀληθείας παραδειγμάτων ὡς ἔστι καὶ πεπιστεύκαμεν ἀόκνως ἐροῦμεν, πλ[ὴν] καὶ τὰ τοῖς αἰρεσιάρχαις [δοκοῦντα] ἐπιτομῇ πρότερον ἐκθέμενοι, 15

tem rerum originem esse sunt opinati Anaxagoras Clazomenius et Democritus, et Epicurus, et alii multi, de quibus mentionem supra fecimus. Sed Anaxagoras quidem e similibus iis quæ generantur; Democritus autem et Epicurus e dissimilibus et impassibilibus, nempe ex atomis. Heraclides autem Ponticus et Asclepiades e dissimilibus quidem sed passibilibus, nempe ex inconcinnis corpusculis. Plato autem e tribus omnia orta esse dicit et tria esse Deum, materiam et exemplar. Materiam vero dividit in quatuor principia, ignem, aquam, terram, aera; Deum esse ait materiæ opificem, exemplar autem esse intellectum.

8. Rati igitur omnes istos confiteri infirma esse physicæ disciplinæ verba, documenta veritatis ut sunt et vera credimus impigre exponemus. Sed prius dogmatum quæ hæresiarchæ ediderunt breviarium proferemus, quo, istis

1. ἐδόξασαν τὴν τῶν πραγμάτων Sextus. — 7. [μὲν] e Sexto additum. — ἀνάρχων cod. e Sexto corr. — 7 sqq. Apud Sextum desunt. — 8. Hæc male inter puncta in cod. et apud Millerum: ἐκ τριῶν εἶναι ταῦτα λ. [καὶ] addidi

quod prorsus exciderat. — 14. ἔσται cod. pro ἔστι; corr. Millerus. — in vocabulo πλὴν lacunam explevit Millerus. — 15. δοκοῦντα addendum vel δεδοκημένα, ut supra.

ἵνα καὶ διὰ τούτου εὐγνωσῶσι τὰ πάντων δόγματα παρασλήσαντες,
Φανεράν καὶ εὐγνωστον τὴν ἀλήθειαν ἐπιδείξωμεν.

α'. Ναασσηνοί.

9. Ἄλλ' ἐπεὶ οὕτως δοκεῖ, ἀρξώμεθα πρῶτον ἀπὸ τῶν τοῦ ὄφους
λειτουργῶν. Ναασσηνοὶ ἀνθρώπου καλοῦσι τὴν πρώτην τῶν ὄλων
5 ἀρχὴν, τὸν αὐτὸν καὶ υἶδν ἀνθρώπου· τοῦτον δὲ τριχῆ διαιροῦ-
σιν. Ἔστι μὲν γὰρ αὐτοῦ, φασί, τὸ μὲν νοερόν, τὸ δὲ ψυχικόν,
τὸ δὲ χοϊκόν. Καλοῦσι δὲ αὐτὸν Ἀδάμαν, καὶ νομίζουσι τὴν αὐτοῦ
εἶναι γινῶσιν ἀρχὴν τοῦ δύνασθαι γινῶναι Θεόν. Καὶ ταῦτα πάντα
τὰ νοερά καὶ τὰ ψυχικά καὶ τὰ χοϊκά κεχωρηκέναι εἰς τὸν Ἰησοῦν,
10 καὶ ὁμοῦ δι' αὐτοῦ λελαληκέναι τὰς τρεῖς οὐσίας τοῖς τρισὶ γένεσι
τοῦ Παντός· οὕτω φάσκουσι τρία γένη, ἀγγελικόν, ψυχικόν, χοϊκόν,
καὶ τρεῖς εἶναι Ἐκκλησίας, ἀγγελικὴν, ψυχικὴν, χοϊκὴν· ὀνόματα δὲ
αὐταῖς, ἐκλεκτή, κλητή, αἰχμάλωτος. Ταῦτα ἐστὶ τὰ κατ' αὐτοὺς κε-
φάλαια, ὡς ἐν ὀλίγῳ ἐστὶ καταλαβεῖν. Ταῦτά φασι παραδεδοκέναι τὸν

placitis bene cognitis, possumus manifestam et bene cognitam veritatem
exhibere.

I. NAASSENI.

9. Sed quum nobis ita placeat, incipiamus a sacris ritibus eorum qui
serpentem colunt. Naasseni hominem dicunt esse universorum principium,
et eundem filium hominis; quem et tripliciter dividunt. Est enim ejus,
aiunt, pars rationalis, pars animalis et pars terrena. Illum Adamam vocant
et existimant cognitionem ejus initium esse cognitionis Dei. Hæc autem uni-
versa rationalia et animalia et terrena devenisse dicunt in Jesum et simul per
eum locutas esse has tres substantias tribus generibus Universi. Dicunt enim
tria esse genera Universi, angelicum, animale, terrenum, et tres esse Ecclesias,
angelicam, animale, terrenam, quæ vocantur electa, vocata, captiva. Hæc
sunt eorum quæ commentati sunt capita, ut summatim comprehendi pos-

CAP. I. Ναασσηνοὶ cod. — 7. εἰς αὐτὸν — τριγενῆ cod. Mill.; τρία γένη R. Scott.
cod.; αὐτοῦ Bernays. — 11. τοῦ Παντός. — 14. φησὶν cod. corr. Mill.
τούτου Bern.; τοῦ Παντός οὔτοι Dunck.

Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, τῇ Μαριάμνῃ, καταψευδόμενοι ἀμφοτέρων.

⁽³¹⁵⁾ β'. Οἱ Περάται.

10. Οἱ δὲ Περάται, Ἀδέμης ὁ Καρύσιος καὶ Εὐφράτης ὁ Περαιτικός, λέγουσιν ἓνα εἶναι κόσμον τινά, οὕτως καλοῦντες τοῦτον τριχῆ διηρημένον. Ἔστι δὲ τριχῆς διαιρέσεως παρ' αὐτοῖς (τὸ μὲν 5 ἐν μέρος), οἶονεὶ μία ἀρχή, καθάπερ πηγὴ μεγάλη, εἰς ἀπείρους τομὰς τῷ λόγῳ τμηθῆναι δυναμένη. Ἡ δὲ πρώτη τομὴ καὶ προεχσελίερα κατ' αὐτοὺς ἐστὶν ἡ τριάς, καὶ [τὸ μὲν ἐν μέρος] καλεῖται ἀγαθὸν τέλειον, μέγεθος πατρικόν· τὸ δὲ δεύτερον μέρος τῆς τριάδος οἶονεὶ δυνάμεων ἀπειρόν τι πλῆθος· τρίτον, εἰδικόν· καὶ ἔστι 10 τὸ μὲν πρῶτον ἀγέννητον, [ἕπερ ἐστὶν ἀγαθόν· τὸ δὲ δεύτερον ἀγαθὸν αὐτογενές· τὸ τρίτον γεννητόν·] ὅθεν διαρρήδην λέγουσι τρεῖς Θεοῦς, τρεῖς λόγους, τρεῖς νοῦς, τρεῖς ἀνθρώπους. Ἐκάστῳ γὰρ

sunt. Hæc Naasseni dicunt Jacobum, Domini fratrem, tradidisse Mariamnæ, sic utrumque infamantes.

II. PERATÆ.

10. Peratæ autem, Ademes Carystius et Euphrates Peraticus, mundum esse unum aiunt, et eundem dicunt trifariam divisum. Est autem, ex sententia eorum, hujusce trifariæ divisionis unum principium, magni fontis instar, quod in infinita dividi ratione potest. Primam autem sectionem et præstantiorem esse triadem dicunt, ejusque primam partem vocant bonum perfectum, magnitudinem patriam, secundam vero aiunt esse tanquam potestatum infinitarum multitudinem, tertiam denique specie præditam. Et illud primum quod est bonum ingenitum est, secundum autem bonum ex se genitum est, tertium autem genitum; unde perspicue dicunt esse tres deos, tria verba, tres mentes, tres homines. Singulis enim mundi parti-

CAP. 11, l. 3 sqq. Hæc de Peratis Theodoretus a nostro mutuatus est. (*Hær. fab.* I, xvii.) — Conf. supra, p. 185 sqq. — 3. Καροίσσιος cod. — 3-4. Ἐφράτης Περαιτικός cod. — 5. τριχῆς cod.; τῆς τριχῆς Miller. in notis. — 5-6. τὸ μὲν ἐν μέρος ut aperte ab hoc loco alienum et

sententiam interurbans seclusimus et infra reposuimus. — 7-8. προσεχσελίερα cod. Mill. pro προεχσελίερα. Conf. supra, p. 185. — 10. ἀπείρων cod. Mill. pro ἀπειρόν. Conf. supra, p. 186. — ἰδικόν cod. Miller. Lege εἰδικόν. — 11-12. Uncis inclusa e Theodoretō restitui.

μέρει τοῦ κόσμου, τῆς διαιρέσεως διακεκριμένης, διδάσκει καὶ Θεοὺς καὶ λόγους καὶ ἀνθρώπους καὶ τὰ λοιπὰ. Ἄνωθεν δὲ ἀπὸ τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς τοῦ κόσμου πρώτης τομῆς, ἐπὶ συντελείᾳ λοιπὸν τοῦ κόσμου καθεσλήκτος, κατεληλυθέναι ἐπὶ τοῖς Ἡρώδου χρόνοις
 5 τριφυῆ τινὰ ἀνθρώπου καὶ τρισώματον καὶ τριδύναμον, καλούμενον Χριστὸν, ἀπὸ τῶν τριῶν ἔχοντα τοῦ κόσμου μερῶν ἐν αὐτῷ πάντα τὰ τοῦ κόσμου συγκρίματα καὶ τὰς δυνάμεις. Καὶ τοῦτο εἶναι Φέλουσι τὸ εἰρημένον, « Ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς. » Κατενεχθῆναι δὲ ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων κόσμων
 10 δύο, τοῦ τε ἀγεννηήτου καὶ τοῦ αὐτογεννηήτου, εἰς τοῦτον τὸν κόσμον, ἐν ᾧ ἐσμὲν ἡμεῖς, παντοῖα δυνάμεων σπέρματα. Κατεληλυθέναι δὲ τὸν Χριστὸν ἀνωθεν ἀπὸ ἀγεννησίας, ἵνα διὰ τῆς καταβάσεως αὐτοῦ πάντα σωθῆ τὰ τριχῆ διηρημένα. Ἄ μὲν γάρ, φησὶν, ἔστιν ἀνωθεν κατενηνεγμένα, ἀνελεύσεται δι' αὐτοῦ· τὰ δὲ ἐπιβουλεύ-
 15 σαντα τοῖς κατενηνεγμένοις, ⁽³¹⁶⁾ ἀφίεται εἰκῆ, καὶ κολασθέντα ἀποπέμπεται. Δύο δὲ εἶναι μέρη τὰ σωζόμενα λέγει, τὰ ὑπερκείμενα,

bus, divisione effecta, tribuunt et deos et verba et homines et reliqua. Desuper autem ex ingenito et ex prima mundi sectione, quum mundus deinceps constitisset ad consummationem, descendisse Herodis temporibus quemdam hominem, in quo inerant tres naturæ, tria corpora et tres potestates, eumque vocatum Christum, in se habentem a tribus partibus mundi omnia concrementa mundi et potestates. Et hoc volunt esse quod in Scriptura dictum est : « In quo inhabitare complacuit omnem plenitudinem divinitatis « corporaliter. » Delata autem addunt a superioribus mundis duobus et ex ingenito et ex se ipso generato, in hunc mundum in quo versamur, omni-gena potestatum semina. Descendisse Christum desuper ex ingenito ut per descensum ejus omnia trifariam divisa salutem consequerentur. Quæ enim, ait hæreticus, desuper delata sunt ascendent per eum. Ea autem quæ insidiata sunt delatis abjiciuntur temere ac punita ablegantur. Duas autem partes quæ salvæ sunt ait esse supra constitutas et corruptionis expertes ;

5. τριφυῆν cod. — 6. αὐτῷ cod. Mill. — 8-9. B. Pauli *Ep. ad Coloss.* II, 9. — 9. σώματι cod. — 11. παντοίων cod. Mill. ;
 παντοῖα Theod. et supra, I. I. — 13. σωθεῖ cod. — 15. ἀφίεται εἰκῆ cod. Miller. ; ἀφίεται εἰκῆ Saupp. ; ὀφιοειδῆ Bern.

ἀπαλλαγέντα τῆς φθορᾶς · τὸ δὲ τρίτον ἀπόλλυσθαι, ὃν κόσμον εἰδικὸν καλεῖ. Ταῦτα καὶ οἱ Περᾶται.

γ'. Οἱ Σηθιανοί.

11. Τοῖς δὲ Σηθιανοῖς δοκεῖ ὅτι τῶν ὄλων εἰσὶ τρεῖς ἀρχαὶ περιωρισμένοι. Ἐκάστη δὲ τῶν ἀρχῶν... πέφυκε γενέσθαι ὡς ἐν ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ πᾶσα ἡτισοῦν διδασκομένη τέχνη, οἷονεὶ γένοιτο παιδί 5 [ἐγχρονίσαντι] αὐλητῇ δύνασθαι αὐλεῖν, ἢ γεωμέτρῃ γεωμετρεῖν, ἢ τινὶ τέχνῃ ὁμοίως. Αἱ δὲ τῶν ἀρχῶν, φασίν, οὐσίαι εἰσὶ Φῶς καὶ σκότος. Τούτων δὲ ἐστὶν ἐν μέσῳ πνεῦμα ἀκέραιον · τὸ δὲ πνεῦμα τὸ τεταγμένον ἐν μέσῳ τοῦ σκότους, ὅπερ ἐστὶ κάτω, καὶ τοῦ φωτός, ὅπερ ἐστὶν ἄνω, λέγουσιν, οὐκ ἔστι πνεῦμα ὡς ἀνέμου ῥιπῇ 10 ἢ λεπτὴ τις αὔρα νοηθῆναι δυναμένη, ἀλλ' οἷονεὶ τις ὁσμὴ μύρου, ἢ

tertiam autem partem perire, quam mundum forma præditum vocat. Hæc docent Peratæ.

III. SETHIANI.

11. Sethianis autem placet esse rerum omnium tria principia descripta. Unum quodque autem... fieri potest ut in humana anima omnis ars quæ docetur, quemadmodum infans usus institutione tibicinis poterit tibia canere, aut geometræ disciplina institutus evadet geometra, et similiter in alia arte. Principiorum autem naturæ, ait Sethianus, sunt lux et tenebræ, harum autem in medio spiritus incorruptus. Spiritus autem positus in medio, tenebras inter inferiores superioremque lucem, aiunt, non est spiritus ut venti flamen vel tenuis quædam aura quæ percipi possit, sed velut quidam odor

1. ἀπόλλυσθαι cod. — 2. ἴδιον cod. Mill. Lege εἰδικόν. Cf. supra, l. 1. — CAP. III, l. 4. Post ἀρχῶν nonnulla deesse Bern. recte conjic. Quæ supra leguntur p. 209: ἐκάστην δὲ τῶν ἀρχῶν ἀπίρους ἔχειν δυνάμεις κ. τ. λ. — 4 sqq. Hæc turbata sunt in cod. et ap. Miller. Codex habet: πέφυκε δύνασθαι γενέσθαι et infra γενέσθαι αὐλεῖν. Priore in loco δύνασθαι delendum, et posteriore δύνασθαι pro γενέσθαι

legendum. — 5. παιδίον cod. Lege παιδί. — 6. [ἐγχρονίσαντι] restitui. Cf. supra, p. 209. Bern. legit: οἷον, εἰ ἐγγὺς γένοιτο παιδίον αὐλητῇ, δύνασθαι αὐλεῖν. Millerus autem: οἷονεὶ γένοιτο παιδίον [ἐγχρονίσαν] αὐλητῇ γένεσθαι αὐλητήν, ἢ γεωμέτρῃ γεωμέτρην, ἢ ἡτισοῦν τέχνη ὁμοίως. — 10. ἀνεμος ἢ ῥιπῇ cod. Mill.; ἀνέμου ῥιπῇ Bern.

θυμιάματος ἐκ συνθέσεως κατασκευαζομένου, λεπλή, διοδεύουσα
 δύναμις ἀνεπινοήτω τινὶ καὶ κρείττονι λόγου φορᾶ εὐωδίας. Ἐπεὶ
 τοίνυν ἐστὶν ἄνω τὸ φῶς καὶ κάτω τὸ σκότος, καὶ τούτων μέσον
 τὸ πνεῦμα, τὸ δὲ φῶς [ὡς] ἀκτὶς ἡλίου ἄνωθεν ἐκλάμπουσα εἰς
 5 τὸ ὑποκείμενον σκότος, ἢ δὲ τοῦ πνεύματος εὐωδία φέρεται μέσση
 ἔχουσα τάξιν καὶ ἐξικνεῖται ὡσπερ ἡ τῶν θυμιαμάτων ὁσμὴ ἐπὶ
 τῷ πυρὶ φέρεται, τοιαύτης δὲ οὔσης τῆς δυνάμεως τῶν διηρημένων
 τριχῶς, τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ φωτὸς ὁμοῦ ἐστὶ κάτω ἢ δύναμις
 ἐν τῷ σκότει τῷ ὑποτεταγμένῳ· τὸ δὲ σκότος ὕδωρ εἶναι φασὶ φοβε-
 10 ρόν, εἰς ὃ κατέσπασται [καὶ] μετενήνεκται εἰς τοιαύτην φύσιν μετὰ
 τοῦ πνεύματος τὸ φῶς. Φρόνιμον οὖν τὸ σκότος ⁽³¹⁷⁾ ὅν καὶ γινῶσκον
 ὅτι ἂν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτοῦ τὸ φῶς, μένει τὸ σκότος ἔρημον, ἀφανές,
 ἀλαμπές, ἀδύναμον, ἀπρακτον, ἀσθενές. Τῷδε πάσῃ συνέσει καὶ
 φρονήσει βιάζεται κατέχειν εἰς ἑαυτὸ τὴν λαμπηδόνα καὶ τὸν σπι-
 15 θῆρα τοῦ φωτὸς μετὰ τῆς τοῦ πνεύματος εὐωδίας. Εἰκόνα τούτου
 ταύτην παρεισάγουσι, λέγοντες, ὡσπερ ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ [ὑπὸ]

unguenti vel thuris ex mixtura fabricati, tenuis, permeans potestas insensibili quadam vi odoris boni et vehementiori quam quæ verbis dicatur. Quoniam autem supra est lux et infra tenebræ et harum in medio spiritus, lux autem veluti radius solis desuper illuminans tenebras subjacentes, et spiritus odoramentum fertur locum medium habens et advenit sicut fertur odor thuris igni impositi; quum ea sit virtus principiorum tripliciter divisorum, simul est infra virtus spiritus et lucis in tenebris suppositis. Tenebras autem aquam esse aiunt terribilem, in quam lux cum spiritu derepta sit et translata in talem naturam; intellectu autem præditæ sunt tenebræ, et sciunt, si auferatur ab ipsis lumen, manere tenebras desertas, sine luce, sine splendore, sine vi, inertes et debiles. Quapropter tota cogitatione et mente nituntur ut in sese contineant fulgorem et scintillam lucis cum spiritus odoramento. Quarum imaginem hanc præferunt isti hæretici,

